
BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
D
58
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

592788
Raee. Vill. D. 5. 8

IVS SVCCEDENDI IN LVSITANIAE REGNVM DOMINÆ CATHARINÆ

REGIS EMMANVELIS EX EDVARDO FILIO NEPTIS,

Doctorum ſub HENRICO Luſitaniæ Rege vltimo Conimbricenſ. ſententiis confirmatum.

Nunc ab Luſitano Anonymo latinitate donatum.

Addita Appendice de actu poſſidendi & iure poſtliminij Sereniſſimi Regis IOANNIS IV.





PARISIIS,
Apud SEBASTIANVM CRAMOISY, Architypographum Regium, viâ Iacobæâ, ſub Ciconiis.
M. DC. XLI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.



EMINENTISSIMO

CARDINALI

DVCI

DE RICHELIEV

PARI FRANCIAE.

IVS vi ablatum, armis obrutum, tyrannide oppressum; pace repetitum, æquitate restitutum, iustitia stabilitum, dum in Lusitania vindicata admiratur orbis: ipsa in te vnum, CARDINALIS EMINENTISSIME, intenta iudicium tuum requirit: perinde ac



ſit, tanti à te probari, quanti à Ioanne liberari. Rem itaque domi geſtam, tibi palàm exponit; pudeátque facti, ni cauſam approbes. Sed tulit præiudicium, cùm ad te acceſſit. Nam neque auderet illa oculos tuos ferre, ſi nocens; neque tu, niſi innocentem, ſuſcepiſſes. Horrent aſpectum tuum vitia, & quocunque faciem vertis, ceu tenebras ſol, fugas. Ius te ambit, & prenſat tuæ benignitatis candidatus. Scriptum vel mutum, os in te quærit, vt ſit vocale. Tui Iuris Iuſtitia eſt: nuſquam iuſtior, quàm cùm ſe tibi, ac tibi quod tuum eſt reddit. Viuam Iuſtitiæ formam

Digitized by Google

præ te fers. atque adeo Regi iusto deesse non poteras. Nam vbi primum iustus fuit, te iure sibi suo vindicauit. Si quod desiderat in Homero Tullius: Diuina quisquam Cælitum ad nos transferret: Astræam reducem te existimarem, per quæ enim vestigia terris excessit, tu ad nos è superis quasi missus accedis. Armatus legibus, decoratus armis. Paludatus Pontifex, Dux infulatus. Iuris vota implesti & officia obiisti. A summo rerum authore & principe Deo, singulari prouidentia Orbi donatus, factúsque: Iustitiæ & tuendæ gratia, & ornandæ.

Illuxit tecum ſplendor eximius ſanguinis, omnium affluxu ſiderum clariſsimus. In cunis, Lucinæ, & Nobilitas, & Felicitas tibi infantulo adfuerunt, & manu blandiente cunabula verſarunt. Virtus, & Sapientia molles nutriculæ formarunt, ne nobilitas aliena, ſed propria, quòd nixa meritis, videretur. Tot in te dotes & animi, & corporis confluxerunt, vt earum de te ornando certamen fuerit. Cum ingenio indoles; cum acumine iudicium; cum facilitate grauitas; cum humanitate auctoritas contendebant: Hæc ingenita. Illa comparata: nouo certamine artis cum

Digitized by Google

natura : vtraque solicita, ne vtra præstaret. Tum primum pares esse voluerunt. Ingenio scientia : indoli virtus : acumini pondus : iudicio consilium : facilitati elegantia : grauitati comitas : humanitati lepor : auctoritati vrbanitas accessit. Eminebant animi ornamenta in facie, in cuius lineamentis quiuis scriptas intimis sensibus dotes legeret. Quibus ex aspectu vultus honor additus. Corpus, iustum magnæ animæ domicilium fuit. Volabas ingenio. Circumactu quodam mentis, orbem scientiarum complexus, in eodem vestigio encyclopædiam confecisti.

Morum doctrina hausta potiùs, quàm accepta. Virtutes tuæ donum magis, quàm industriam sapere; gratiæ plusquàm studii habere: multùm tibi in scientia comparanda: plurimùm in virtute præstanda Deo debere. Breui in id euasisti fastigium, vt omnem infra te positam dignitatem videres. Ipsæ te tamen dignitates prouocarunt: Religio Romanam purpuram obtulit. Cardinem quo verteretur habere voluit. Iustitia Gallici Regis Ludouici Iusti consortio adiunxit, vt ius tuereris. Hi fontes laudum tuarum. Omnia rectè viuendi præcepta Iustitia con-

tinentur.

tinentur. Quæ constans, & perpetua voluntas est, ius suum cuique tribuendi. Itaque tu Deo Religionem; Ecclesiæ obsequium; Patriæ charitatem; Regi fidem; bonis præmia; malis supplicia; amicis societatem; hostibus vindictam præstitisti. Vtrique Iuris officio fecisti satis. Ius statuendo: propulsando iniuriam. Religiosus in Deum, cultu reducto, hæresi expulsa. In Ecclesiam pius, Fide defensa, Pietate restituta, perfidia extincta, schismate sublato. Patriæ amans, pace domum inducta, bello auerso, factionibus disturbatis, seditionibus compressis. Regi

fidus, integra eius dignitate seruata, illibato honore, ambitione remota, dolo excluso. In bonos liberalis, auctis præmiis, aggestis honoribus, depulsis iniuriis, amotis damnis. In malos seuerus, constitutis pœnis, inflictis suppliciis, extirpatis sceleribus. Erga amicos fidelis, fœdere seruato, societate retenta, libertate stabilita, iure asserto, hostili incursione repressa, irruptione cohibita, ablatis repetitis, damnis reparatis. Aduersus hostes pugnax, bello iis illato, accisis eorum copiis, attritis opibus, conatibus elusis, viribus fractis. Iusti & recti tenax, contra quem si nitatur orbis, ve-

Digitized by Google

ſtigio non deducat. Famam ſpe, expectatione ſpem, re expectationem ſuperauit. Facta fidem faciant. Singula Heroa conſtituerent. Rupella Rupes conſtanti pertinacia, rupta fide in Deum, in Regem, imperioſo ſupercilio arbitrium maris ſibi arrogans, apex hæreſeos, arx perfidiæ, receptaculum piratarum, Chriſtianisſimæ felicitatis nodus, & mora; ope, induſtria, virtute tua expugnata, domita, ſubacta, cum gemitu maris, & horrore littorum. Fremente orbe, quòd totus ob affluxum in Rupellam nationum omniũ, tui trophæum eſſet. Quanquam Crucis illud potiùs trophæum

fuit. Expalluit ad tonitrum hæreſis, & fulmen te ſenſit: tacta de cœlo eſt, & rubentis dexteræ iaculo percuſſa cineris cumulos fecit, adhuc in fidem victoriæ fumantes. Integræ tibi ſunt Ciuitates trophæa: non arbores detruncatæ. Nec te decent monumenta deformia, nec placet triumphus impendio actus ruinarum. Parum eſt oppida. Iuſtæ prouinciæ victoriarum teſtes tuarum, in turritis apicibus αἰαθήματα *repræſentant. Vaſconia, Prouincia, Aquitania, Gallobelgium, Lotharingia voces, & plumas famæ addunt ad nominis tui gloriam: ſed immortales, non caducas. Sabaudia fra-*

cta, Germania concussa, Belgium quatefactum, Italia impulsa, Hispania triumphata, stupore ipso rigida, in statuas tuo dicatas nomini abierunt. Per te intra Galliam Fides, extra Galliam Ius triumphat. Vbique aræ & Religioni, & Libertati. Cedit orbe iniuria, & mutata vice, vnde recesserat Iustitia, iniuria recedit. Quid? tu illi, CARDINALIS EMINENTISSIME, *instas, vrges, impellis: nec pateris vsquam consistere. Tu primus audis:* Liberator Orbis. *An ille tibi Patria est? Sanè ei natus in salutem, in eo natus per famam. Hæc vniuersitas orbis glo-*

riæ tuæ cunabula ſunt. Imò in ea quotidie cum ſole naſceris, quin occidas. Nec enim hemiſphærium occupas; at Seſquiſphærium. neque tibi nox ſuccedit, ſed dies cumulo lucis aucta: tenebræ nouis ſplendoris acceſsibus obruuntur. Tuis tibi officis luminibus, quòd maiora in dies patras, & præteritorum lucem obſcuras fulgore præſentium. Quod vbique ius ſtatuis, fortunam tui iuris feciſti. Deſiit illa apud te ludi inſolentis, ſeria iam, & ad arbitrium tuum cerea. Quod in rebus humanis habebat imperium ciuitate mutauit Gallica. Apud Gallos, deducta felici-

tatum colonia, ciuis habitat, & legibus Gallicanis viuit. Nunc primùm iuris patiens, nunc quietis: præcipiti rotæ suæ tormento libera, vestigia solo fixit, & quod rudis gradiendi erat, tu Cardinalis Eminentißimi manu prehensam duxisti, & gradum facere docuisti. Nec alio, quàm magistri, discipula, gressu incedit. Ita apud te Iusta etiam cum Iusto Rege Fortuna est, quam tu Iustitiæ sororem fecisti, quòd certam constantémque formasti. Quocunque te vertis, & Iustitiam, & Fortunam, vehis. Hoc supra humani ingenii aleam positus, quòd iuri fortu-

nam addixiſti. Nam quòd viceris inuidiam, ſtupori dandum eſt orbis, qui ex admiratione rerum tuarum ita obſtupuit, vt ſenſum inuidendi amiſerit. Admirator virtutis tuæ nemo non eſt, æmulator nemo. Cui enim æmulandi locus erit, cùm ſit ἀδυνάτον *imitari? Fortuna tua, quòd multò eſt euecta altiùs, ſuſpectu ipſo intuentes exanimat. Illud miraculo propè eſt, tuam quoque ad ſocios cum fœdere tranſire felicitatem: hoc ipſo iuſta, quòd eos non fallit; flatu tuo animata afflat amicis, reflatu reflat inimicis. Nemo tibi aduerſarius, proſpera; nemo amicus, aduer-*

ſa

ſa fortuna vtitur. Omnes vt fortunati ſint, te aut felicitatis authorem, aut adiutorem quærunt: modò Ius cum Fortuna coniungant. Teſtes ſunt Catalonia, & Portugallia. Quarum illa te authore libertatis gaudet; hæc adiutore. Illam aſſeruiſti, hanc iuuiſti: illam vindicaſti, hanc vindicantem ſeſe tueris. Duos oculos amiſit Hiſpania: capta vtroque nihil videt. Iacet in tenebris pannoſa, ſordidata. Reliquum eſt vt mendicet. Deponat veteres faſtus & flatus: Gallica fiat, vt ſit fortunata. Norit vbi habitet felicitas: vbi iuſtitia verſatur. Id

Digitized by Google

iam apud Caſale diſci debuit, vbi contra ius fáſque ab Hiſpano pugnatum. Ex illo retrò fluere ac peſſum ire Hiſpana cœperunt: iuſto ſupplicio repetitum eſt ablatum, ab iis qui propria auferre conabantur. Periit tyrannis à tyrannide. Hanc quo iure Luſitania depulerit: ipſa tibi ſuorum, quos aluit, Doctorum ore exponit. Horum tu ſententias ante annos ſexaginta latas & ſcriptas audire Arbiter Iuris, armorúmque voluiſti. Quóque apud Romanæ Eccleſiæ Principem aptiùs loquerentur, Latinè, non Luſitanicè, quo idiomate ſcripta erant,

Digitized by Google

mea opera, quam item exegisti, loquuntur. Nec aut tu, EMINENTISSIME CARDINALIS, recognoscere ius nostrum voluisti, quòd non anteà nosses, aut nos ideò exponimus, quòd dubites: sed eo consilio id est factum, vt dum Ludouici Regis auxiliaribus copiis, tuis consiliis bellum geritur, constet orbi iustum esse, quod tanto est iure susceptum. Auctarium rei gestæ adscripsi, vt appareat, quàm præclarum fuerit illud, cuius tu tuendi prouinciam suscipis: norint ex eo omnes, sine te nihil magnum vel mentem, vel brachium inchoare. Cùm tu Palla-

da Armatam Armandus, vel Hermathenam repræsentes.

Vale Custos Orbis, & Assertor Iuris, & iniuriæ depulsor.

Tibi addictissimus seruus
FRANCISCVS MACEDO.

Digitized by Google



LECTORI BENEVOLO.

PAVCIS te volo. Sed attentum. Opus hoc ante annos sexaginra, id est anno M.D.LXXIX. quo anno Henricus Cardinalis, sublato Sebastiano nepote, in Lusitania regnabat, ex variis Doctorum Conimbricensium sententiis, qui de Iure succedendi in eiusmodi Regnum consulti, pro Domina Catharina suffragium tulerant, in methodum redactis, collectum fuerat. Dantibus ad id operam Patronis Dominæ Catharinæ. Qui liber vernaculâ, id est, Lusitanicâ linguâ scriptus, ac typis cusus in paucorum notitiam venerat, cùm præsertim inrruso vi armorum in Regnum Philippo, iniuria Iuri silentium indixisset. Itaque sepultus cum Lusitana libertate annos sexaginta liber iacuit, vt nūc cum eâ reuiuisceret. Prodire cœpit in lucem, sole nostro Rege Ioanne IV. Serenissimo exorto. A quo cùm missi ad omnes penè Europæ Principes Legati essent, nemo eorum fermè fuit, qui illum secum non deferret; quod in eo magnum præsidium Iuris fore putaret. Nusquam ei feliciùs, quàm in Gallia, vbi habitat felicitas, fuit. Nam cùm de eo Legati extraordinarij Excellentissimi DD. Franciscus de Melo, & Antonius Coello de Caruallo, coram Eminentissimo Cardinale Duce Richelio mentionem fecissent, significauit is gratum sibi fore, si liber iste Latinâ apud se linguâ partes Catharinæ ageret: vellese rationes, & momenta causæ pendere. Habet Cardinalis Eminentissimi nutus, apud omnes gentes pondus Imperij. Itaque actutum susceptum est opus, & intra sesquimensem confectum; feruente præ festinatione prælo: cuius tamen moras incusamus, quòd non antè potuerit, etsi multiplicatis operis cele-

ritatem nostram, natam ex studio Eminentissimo Cardinali obsequendi, æquare. De fide, non est quid dubites, summa hæc in traducendo fuit: vt ex collatione patebit: Stylus vulgaris est, ac forensis, subito dictantis calore conceptus. De opere nihil vlterius dixerim, nisi quòd illud qui legerit, Iuris ipsius formam in eo expressam viderit. Authores ij fuerunt, quibus vix alij vspiam doctiores reperiri potuerint: eorum nomina in fine libri habentur. Maiorem eò istud opus fidem meretur, quòd, cùm sigillatim authores rogati, solitarij sententias singuli suas scripserint, vnus omnium sensus fuerit: vt in hoc exemplo 70. Interpretum adumbratam aliqua ex parte imaginem videamus. Appendix adiecta mea est: penè illam inuitus apposui. Sed non potui officio meo, & aliorum studio deesse. Qui scirem Hispanos multa contra nos, Regémque nostrum temerè scribere, ac velle illius Iuri, quòd antiquum Catharinæ conuellere non possent, ex titulo præscriptionis detrahere: quibus os, ne latrarent, aliquo modo obstruendum: esséque plurimos curiosos, qui cuperent scire, quæ tantæ moliendæ rei hoc tempore causæ fuerint, qua ratione res acta, qua celebritate Rex inauguratus, quibus præsidiis munitus: in quo tandem statu res Lusitanæ sint. Quæ studia cùm clarissimorum in Gallia, cui multùm debet Lusitania, virorum esse constaret, visum est mihi operæ pretium, si iis quoad eius fieri posset, satisfacerem. Atque, vt in tanta celeritate summis in occupationibus, & inopia librorum, vix quicquam quod lucernam oleat, scribere potui: sed malui tamen rudis & indocti, quàm inciuilis & ingrati notam subire, & de honore meo detrahere, quàm Gallorum studiis deesse. Aliam spero fore vt nanciscar occasionem, de his latiùs differendi, & audaculos Hispanos Pellicerios, & Caramueles, quos facillimum erit refellere, confutandi. Tu ista interim Lector beneuole, æqui bonique consule. Vale.

Digitized by Google

Vidi rationes traditas hoc Libro, & nihil continent contra Fidem aut bonos mores. Datum Almerini 12. Ianuar. An. 1580.

PAVLVS ALPHONSVS.

Potest mandari typis visa informatione, & redeat vnus ex impressis Libris ad hoc tribunal, vt conferatur cum suo originali, antequam publicetur, & hoc ipsum præponetur huic operi, cum suprà dicta approbatione. Almerini 12. Ianuar. An. 1580.

ARCHIEPISCOPVS *Inquisitor Generalis.*

PAVLVS ALPHONSVS. ANTONIVS TELLEZ.

GEORGIVS SARRÃO.

ANTONIVS DE MENDOÇA.

Recognoui tractatum de quo suprà, ad cuius editionem facultas fuit postulata, & autoritas. Hanc concedo cum declaratione, vt postquam editum sit opus, cum suo originali conferatur, antequam publicetur. 18. Ianu. Anni 1580. GASPAR MACIEL.

Digitized by Google

ANTELOQVIVM.




VM *Rex noster Henricus Sebastiano Regi è rebus humanis sublato successisset: decernere sententia voluit ad quemnam, se mortuo, ex nepotibus Regni successio pertineret. Atque ad hoc ipsum citari iussit Regem Castellæ Philippum, filium Imperatricis Isabellæ: Ducem Sabaudiæ Emmanuelem Philisbertum filium Infantis Beatricis sororum suarum: Dominum Antonium filium Infantis Ludouici: Dominam Catharinam filiam Infantis Eduardi suorum fratrum: Dominum Rainutium nepotem eiusdem Infantis Eduardi, filium primogenitum Dominæ Mariæ Principis Parmæ defunctæ, sororis maioris natu Catharinâ: qui omnes nepotes erant Regis Emmanuelis & Reginæ Mariæ.*

Inchoata causa opposuit item sese Christianissima Regina Galliæ Catharina de Medices, quòd diceret trahere originem per lineam rectam à Rege Portugalliæ Alphonso III. Comite Boloniæ, & Mathilde eius prima Vxore.

In hac controuersia supponendum est, patres pretensorum hunc nascendi ordinem habuisse: Primò nata Isabella Imperatrix: Secundò Beatrix Infans: Tertiò Infans Ludouicus: Quartò Infans Eduardus: vt scribit Hieronymus Ozorius, de rebus Emmanuelis Regis, lib. 3. 4. & 10.

Ætatum hic ordo est. Primus Philippus Rex Castellæ; Secundus Emmanuel Philisbertus Dux Sabaudiæ; Tertius Dominus Antonius; Quarta Domina Catharina, quæ natu minor erat Domina Maria sorore, matre Rainutij: quæ omnia constant ex hac arbore:



Digitized by Google

Domine mi Rex, in te oculi totius respiciunt populi, vt indices eis, quis sedere debeat in solio tuo, Domine mi Rex, post te.

Tertio Reg. cap. 1. num. 20.

Digitized by Google



VT APPAREAT CVI IVRE HORVM Regnorum ſucceſſio obueniat, opus eſt haſce quæſtiones quinque principales præmittere : ex earum enim deciſione conſtabit, quiſnam præferendus ſit.

I.

Qua ratione ſuccedatur in Regnum Portugalliæ, per mortem Regis vltimi Poſſeſſoris?

II.

Poſſintne feminæ ad huius Regni ſucceſſionem vocari?

III.

Vtrum Repræſentationis beneficium in huiuſmodi ſucceſſione locum habeat?

IV.

An admittenda Repræſentatio ſit, quando nepotes in ſucceſſione huius Regni Patruo Regi ſuccedunt, ſine concurſu alterius Patrui?

V.

Vtrum feminæ in hac ſucceſſione Patres ſuos cum prærogatiua maſculi repræſentent?

Quæ in vtramque partem, vt earum veritas conſtet, diſputabuntur.

QVÆSTIO



QVÆSTIO PRIMA.

QVA RATIONE SVCCEDATVR IN REGNA LVSITANIÆ ET ALGARBIORVM per mortem Regis vltimi possessoris.

ARTICVLVS PRIMVS.

Videri Regna huiusmodi non successione adiri, sed electione deferri, atque id Argumentis probari.



RIMVM ARGVMENTVM ESTO. Quemadmodum (spectata natura rerum) ad singulos quosque homines pertinet, se tueri, seruare, regere, vel per se, vel per alium ad id ipsum electum. L. vt vim, ff. de iust. iuncta Reg. pot. quis. de Reg. Iur. in 6. Arist. & Marc. Tull. & cum iis Domin. Sot. de Iust. lib. 4. qu. 4. art. 1. q. 2. Innoc. in c. quod super. in princ. de voto. Mart. Nauar. in rep. c. Nouit. not. 3. nu. 96. de Iudic. Did. Couar. pract. c. 1. n. 2. Ita postquam homines in vnum Societate quadam conuenerunt, ad corpus Reipublicæ pertinet se tueri, conseruare, defendere per se ipsum, vel per alium, vel alios ad hoc ipsum ab eadem Republica electos. l. 1. ff. de Constit. Prin. ibi. *Populus omne suum imperium & potestatem.* L. 2. §. ex Actis 1. & 5. deinde ff. de orig. iur. iuncta Reg. quòd omnes. de Reg. iur. in 6. & L. id quod nostrum. ff. eodem tit. & ita resoluunt. D. Thom. 1. 2. q. 97. art. 3. ad tert. & lib. de Reg. Princ. c. 2. 4. 5. & 14. Franc. Vict. de Potest. Ciuil. an. 7. Alfons. à Castr. de Leg. Pænal. lib. 1. c. 1. fol. 5. probat l. 7. tit. 1. part. 2. vbi Gregor. Lop. verb. Ouiesse. Couar. d. c. 1. n. 2. Atque adeò videtur ad Rempublicam & populos pertinere, mortuo Rege vltimo possessore eligere alium Regem, qui corpus ipsum tueatur, conseruet, regat. I.

II. Secundùm. Æquius videtur & vtilius deferri Regna per electionem Populorum, quàm per successionem, quocumque tandem modo illa fiat: tum quia hac ratione eligendi melius seruatur Libertas, quæ naturali iure Reipublicæ inest ad eligendum eum à quo regatur: tum quia hoc modo fit, vt dignior eligatur; quique inter cæteros virtute & moribus excellat. Quod alia ratione succedendi obtineri non potest, vti probat text. in c. legimus 93. dist. tum quia libentius & facilius populi obediunt ei Regi, quem elegerunt & cui sponte se sua subdiderunt. Iuxta illud Sapient. *Patere Legem quam ipse tuleris.* Refertur in c. cum omnes de Constit. Atque idcirco Aristot. lib. 3. Polit. c. 10. & 11. vtilius & conuenientius iudicauit deferri Regna Electione, quàm quouis modo successionis, vt autor est Couat. d. c. 1. n. 4. vers. verum. & idem obseruat. in Electionibus antiquorum Regum. Diodor. lib. 2. de antiquorum Gestis, & confirmat exemplis Gulielm. Bened. in C. Raiuntius verbo. condidit. Primo à n. 34. cum sequent. Solinus c. 66. Tiraq. de nobil. c. 20. n. 9. Ludouic. Gom. in c. 2. n. 28. de Constit. in 6. Quare si modus iste deferendi Regna æquior est & vtilior Reipublicæ, præferendus esse videtur mortuo vltimo possessore, quandoquidem ea ratione consulitur communi populorum bono, in quem finem instituti sunt Reges, qui propriæ vtilitati seruire non debent; quod notant post Bald. & alios Alfons. in thesaur. Rel. Christ. c. 54. Mench. in Præfat. quæst. illust. à nu. 102. cum seq. & post Almayn. Nauar. in d. c. Nouit. notab. 3. n. 102.

III. Tertium. Quia hunc modum eligendi tenuerunt ab initio populi, cumque solemnem habuerunt eligendo Reges; à quibus regerentur mortuis vltimis possessoribus: vt constat ex traditis à Marc. Tulli. lib. 3. de Leg. & Iustin. lib. 1. gl. verb. condita in L. ex hoc iure, vbi Paulus n. 17. ff. de Iust. Panormit. in c. intellecto Collat. 3. de Iur. Anton. Corset. de Pot. Reg. p. 1. Gulielm. d. verb. condidit. n. 51. Couar. post alios d. c. 1. Diuus Thom. n. 4. 1. 2. q. 105. art. 1. ad 2. Castr. vbi suprà. Sot. de Iust. lib. 1. q. 1. ar. 3. Melchior Palaez. à Mer. de Maiorat. & melioram. Hispan. p. 4. qu. 1. an. 46.

IV. Confirmatur assumptum iure priuato Hispaniæ, cuius primi Reges voluntate populorum creati sunt, qui mos in ea inueterauit. Vt constat ex scriptis post alios ab Stephano de Garibai in Compend. histor. Hispaniæ à lib. 8. atq; hic modus eligendi, à multis Conciliis tempore Gotthorum celebratis, approbatus

Digitized by Google

est: cautúmque fuit ne alia ratione Regnum deferretur post mortem vltimi possessoris. Quemadmodum constat ex Conc. Toletan. 4. can. vlt. & Toletan. 5. can. 3. & Tolet. 10. in princ. & ita probat l. 1. cum aliis in Proœm. lib. del Foro Iuzgo. Quæ verba refert Molin. lib. 1. de primog. Hispan. c. 2. n. 11. Huiusmodi Concilia citat Couar. d. c. 1. n. 7. Palaëz. d. n. 46. & nouissimè Ioan. Garc. Gallæc. lib. de Expens. & melioram. c. 16. n. 17. Amissa verò & recuperata Hispania Rex Pelayus electus fuit à populis, vti refert Garibai vbi supra lib. 8. c. vltimo Pala. de iust. & iur. obt. ac ret. Reg. Nauar. p. 6. §. 7. & §. 9. Nauar. in d. c. Nouit. d. not. 3. n. 117. Couar. d. c. 1. n. 1. & 7. in Regno Nauar. populorum item voluntate creatus Rex fuit Dom Garcia Xemenes l. ita Garibai, lib. 21. c. 7. & Nauar. vb. proximè. Quinimò in nostro Regno Lusitaniæ primus Rex Alfonsus Henriquez ab exercitu & populis electus in Regem fuit, in campo Ourique, vt scribitur in Chron. eiusdem. c. 16. & refert Garibai, lib. 34. c. 10.

Confirmatur vlterius, quia hic modus eligendi seruatus est V. semper, hodiéque seruatur in duabus supremis dignitatibus Reipublicæ Christianæ: Pontificali & Imperiali: nam Summi Pontifices eliguntur à sacro Cardinalium Collegio nomine totius Ecclesiæ, c. licèt de Elect. c. vbi periculum. cum aliis eod. tit. in 6. & Imperatores creantur à septem Electoribus Imperij: textu in c. venerabilem. de electione. c. ad Apostolicæ. vbi gl. pen. de re iud. in 6. Restau. Castal. in tract. de imperio, q. 8. à n. 5. Histor. Pontific. p. 2. in vita Gregor. V. c. 74.

Tandem, quia saltem in eo casu, in quo Rex vltimus possessor VI. horum Lusitaniæ Regnorum moreretur sine legitimis descendentibus, debebant populi de nouo Regem eligere à quo regerentur. Quemadmodum accidit in electione Regis Ioannis I. mortuo Rege Fernando, vt constat ex Chron. p. 1. c. 187. & scribit Garibai d. lib. 34. c. 40. & refert Bald. in d. c. venerabilem. n. 17. de elect. & cons. 271. lib. 1. Emmanuël à Costa de successione Regni Portugalliæ, pag. 141. vers. denique: & habetur in instrumento dictæ electionis, quæ facta est in Comitiis Conimbr. & seruatur in Archiuo quod dicitur, Torre do Tombo, lib. 4. iur. regal. à fol. 1. & à fol. 4.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Regna Portugalliæ, & Algarbiorum per successionem, non per electionem deferri, monstratur.

VII. RIMVM probatur, re in tria tempora prius diuisa: quorum vnum est, quando Regna huiusmodi à Maurorum potestate vindicata, & vnita Regnis Legionis & Castellæ sunt: Alterum quando ab iisdem Regnis separata fuerunt, & per se singula sub propriis Regibus constiterunt. Tertium ex quo successio Regum illorum ad hæc vsque tempora deducta est.

VIII. Quod attinet ad primum tempus; constat Fernandum magnum, Regem Legionis & Castellæ primum fuisse qui post amissam Hispaniam cæpit eos Mauros subiicere, qui hæc Regna occupabant, expugnatis aliquot oppidis, quæ Regno Legionis suo adiungebat, vt refert Garibai, lib. 11. c. 2. & lib. 34. c. 4. quod item præstiterunt postea Comes Henricus, & Reges Portugalliæ eius posteri, quemadmodũ habetur in Chronico Regis Alphonsi I. Sancij I. & Alphonsi II. Constat item Regem Ferdinandum III. & Regem Alfonsum Sapientem Castellæ cœpisse Regnum Algarbiæ è Maurorum potestate eripere, suisq; Regnis occupata oppida adiungere, vt scribit in Chronico Regis Alfonsi III. Portugalliæ à c. 6. cum seq. Quod postea præstitit, ac perfecit dictus Rex Alfonsus III. & traditur in eius Chronico à c. 11. His cohærent quæ tradunt Doctores, qui docent Reges Hispaniæ Regna sua liberè possidere quòd ea infidelibus ademerint. Glo. pen. in C. Adrianus II. 63. dist. Oldradus. conf. 69. & alij quos citat Couar. in Reg. peccatũ. 2. p. §. 9. Afflict. in Prælud. const. p. 2. n. 3. Peres ad Legem III. titulo 3. lib. 1. Ordina. col. 2. Roias in Epito. Succeff. c. 23. n. 83. & priuatim hoc ipsum tradunt de Regnis Portugalliæ Ferret. de iusto & iniusto bello, n. 24. Nauar. d. Not. 3. n. 165. Quapropter hæc Regna Portugalliæ & Algarbiorum, quia à Mauris capta sunt iusto bello, propria Regum qui ea occuparunt effecta sunt. Iuxta Regulã Legis naturalem. §. vlt. ff. de acquirendo rerum dominio, & lege si captiuis. verb. Publicatur ff. de capt. & secundum doctrinam D. Thomæ lib. 3. de Reg. Princ. c. 11. post Aristot. lib. 1. Polit. c. 4. & alios Theologos, & Iurisconsultos cit. à Couar. d. 2. p. §. 11. n. 1.

& n.6. verſ. Res autem: & probatur. l.5. & l. 19. tit. 26. part. 2. & à l. 20. tit. 28. part. 3. text. Opt. in c. Abbate de re iud. in 6. 161. *Ab infidelibus loca conquiſierit*, & ibi. *Sua propria facta eſſent*, iuncta Gl. ibid. verb. ab infidelibus, poſt Innocentium quem citat, & ita affirmant agentes priuatim de Regibus Hiſpaniæ, Felinus in c. cum non liceat. col. 5. de Præſcript. & poſt alios Auendan. l. 1. de Exeq. mand. cap. 1. nu. 7. & cap. 4. in principio Ferd. Menchacha illuſtr. c. 81. n. vlt. verſ. ergo cum noſtri. Ioannes Garcia de expenſis. c. 9. n. 68. cum ſeq. Burgus in Procœmio ad L. Taur. n. 32. & n. 144. vbi poſt Andream Sycul. conſ. 11. lib. 1. & Gaſpar Valaſc. quem citat, idē affirmat de Regibus Portugalliæ.

Cum igitur dicta Regna Portugalliæ, & Algarbiorum, quòd iuſto bello à Mauris recepta ſint, propria ſint effecta Regum à quibus ſunt & cepta & poſſeſſa, conſtat conferenda eſſe ſuis legitimis deſcendētibus, per viam ſucceſſionis conſanguinei propinquioris Regi vltimo poſſeſſori: non vero per viam electionis: quia certum eſt res iuſto bello occupatas, quòd propriæ ſint eorum, à quibus ſunt occupatæ, deferri legitimis earumdem hæredibus, per viam ſucceſſionis, nec aliter de iis diſponi. iuxta Textum in d. l. Naturalem. §. vlt. Textu in §. item ea. inſt. de rerū diuiſione. L. vlt. verſ. Simili modo. Cod. de Donat. C. Ius militare, diſt. 1. iuncto tit. inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. & quoniam ſupra dicti Reges aliter de Regnis quæ occuparunt diſponere noluerunt, ratum manet deferenda eſſe ſuis deſcendentibus per viam ſucceſſionis, tanquam res iuſto bello partas, iuxta doctrinam. Gl. verb. in publ. per text. ibi in l. item veniunt. §. ait Senatus. verſ. in priuatorū. ff. de pet. hęred. communiter receptā ex Tiraquello de Retract. tit. 1. §. 1. Gl. 14. n. 100. & ex Anton. Padilla in l. 2. n. 20. Cod. de Tranſact. & in L. ſi manifeſtè. n. 3. C. ſeruit. & probatur in ordin. Luſit. li. 2. tit. 17. §. 6. & li. 4. tit. 62. §. 5. IX.

Quod attinet ad ſecundum tempus, circa Regnum Portugalliæ, manifeſtum eſt ex Chronicis dictum Regem Caſtellæ Ferdinandum Magnum, in ea partitione qua Regnum inter filios diuiſit reliquiſſe Garciæ iuniori, Gallæciam & oppida quæ ceperat in Portugallia ſub nomine, & tit. Regni. ita Garibai, lib. 34. 64. pag. 773. Ioannes à Roias in Epitome ſucceſſionum, c. 5. n. 30. Atque adeò quandq Regnum iſtud Portugalliæ auulſum eſt à Regnis Legionis, ſtatim per ſucceſſionem delatum fuit. X.

Cum eueniſſet poſtea, vt Rex Alfonſus Regi Sancio fratri in Regnis Caſtellæ, Legionis & Portugalliæ, quæ poſſederat coniuncta, ſuccederet, Portugalliam comitatum inſtituit, & hoc tit. XI.

à Regno Legionis seiunxit: & in dotem cum Therasia filia Comiti Henrico genero, & successoribus dedit. Sic Chronicon Regis Alphonsi I. c. 1. Garibai. d. c. 4. Atque adeo in hunc Comitatum Alfonsus Henriquez, mortuo Comite Henrico Patre, successit, d. Chron. c. 5. Garibai. d. lib. 34. c. 8. itaque Lusitania auulsa non est à Regno Legionis populorũ voluntate & placito, neque primus Comes ab iis electus fuit, sed possedit Titulo donationis à Socero factæ causa dotis, atque hoc tit. propria illius & successorum fuit. d. Chron. c. 1. Pala. de Iust. & Iur. obt. & ret. Regni. Nauarrus p. 6. §. 10. vers. ab ipso igitur. iuncta. l. 3. §. sed vtrum in fine, ibi. *Dos proprium Patrimonium est.* ff. de Minor. l. in rebus. C. de Iur. dot. Quemadmodum etiam Princeps Alfonsus Henriquez electus non fuit à Populo, sed Patri successit.

XII. Imminente autem prælio Alfonsi cum quinque Regibus Mauris in Campo Ouriquij, exercitus & populus Portugalliæ titulum ei & nomen Regis præbuit. d. Chron. c. 16. Garibai. d. li. 34. c. 10. quia status, regimen, & Iurisdictio suprema, id temporis, eiusdem erat. Et quanquã minimè constet de conditionibus, quibus ei datus est titulus, liquet tamen populi mentem fuisse, vt cum haberet eadem ratione qua acceperat, sibi & posteris, vt nouus Regis titulus vice antiqui esset, & eiusdem qualitatis. arg. tex. in L. si eum. 16. §. vlt. ff. si quis cautionibus. §. fuerat. inst. de Election. quod patuit ex vsu & seriè continua successionis Regũ Lusitaniæ, de quo infrà, an. 15. cum seq. quæ euidens probatio est talem fuisse animum, qualis fuit vsus, & consuetudo quæ deinceps viguit, iuxtà doctrinam Baldi in c. 1. quid iuris sit si post. alien. Vassal. Feud. Recup. quam refert Gregor. Lop. ad l. 3. verb. *Algunas posturas.* tit. 25. p. 4.

XIII. Secundùm hæc, obtinuit postea Rex Alfonsus Henriquez confirmationem huius tituli Regis à Sede Apostolica: quam Papa Alexander III. ei concessit, eiusque hæredibus & successoribus expresè. Ita Chron. Regis Sancij. 1. c. 1. & Garibai. d. lib. 34. c. 13. & constat ex authentico exemplari ipsius Bullæ confirmationis, quæ suo loco citabitur, quod deprомptum est ex ipso Archiuo, quod Torre do Tombo appellatur: Quam quidem confirmationem, in Regno publicatam, sine vlla contradictione populi acceperunt, & approbarunt; & hac ratione perpetua series ducta est, vt palàm fiet ex dicendis à n. 15.

XIV. Quod spectat ad Regnum Algarbiorum constat ex Chronicis Alfonsum Sapientem Castellæ Regem, partem illius quam occuparat, dono dedisse Reginæ Beatrici filiæ, & Regi

Alfonso III. Lusitaniæ genero, & descendentibus: vt constat ex Chronico dicti Regis Alfonsi III. c. 10. Itaque compertum est, Regnum Algarbiorum auulsum non fuisse à Regnis Castellæ voluntate populorum, nec Regem Alfonsum ab iis illum accepisse; sed donatione germana Regis soceri, in qua declaratum est mansurum descendentibus per viam successionis, & ita ex modo quo Regna ista separata sunt à Regnis Castellæ, & Legionis, ostenditur manifestè ea deferenda esse per viam successionis, & non electionis.

Quod attinet ad tertium tempus, in quo series Regum præteritorum ad nos vsque peruenit, ostenditur ex Chronicis à tempore Regis Alfonsi Henricij in posterum, filios successisse in Regnum patribus, sine electione populi, vsque ad Regem Alfonsum III. Comitem Boloniæ, qui successit Regi Sancio II. fratri suo mortuo sine liberis: vt constat ex Chronic. cap. 1. Garibai d. lib. 34. c. 20. c. 20. & quando Papa Innocentius IV. Alfonsum III. curatorem Regi Sancio II. fratri suo dedit, inter alias huiusce rei causas quas præbuit, præcipua fuit quòd directè ad eundem pertinebat Regnum, si filios Sancius frater eius non haberet, vti continetur in Bulla dicti Papæ Innocentij IV. quæ est in Archiuo, Torre do Tombo, in theca Bullarum, de quo infrà; & refertur in cap. grandi de Suppl. negl. præl. in 6. & in Chron. dicti Regis Sancij II. c. 6. de qua mentionem facit Garibai dicto lib. 34. c. 19. Itaque Papa Innocentius IV. ostendit in hoc Regno locum non esse electioni Populi, dum essent consanguinei Regis vltimi possessoris, qui possent ei succedere. XV.

Ab hoc Rege Alfonso III. vsque ad Regem Ferdinandum, & à Rege Ioanne I. ad Regem Henricum Cardinalem perseuerauit integra successio Regia, Patris ad filium, consobrini ad consobrinum, aui ad nepotem, nepotis ad patruum, quin vlla vnquam electio populi interueniret, si excipias Regem Ioannem I. qui electus est deficiente legitimo successore, vt infrà dicetur, n. 25. quę omnia habentur in Chron. Regum, & in Garibai. d. lib. 34. vnde sequitur hęc Regna deferenda esse per successionem, hactenus continuatam per seriem Regum, & receptam & approbatam à populis secundum doctrinam Ange in l. vlt. Cod. de Testam. Quam multis citatis autoribus sequitur Tiraquel. de Iur. primogen. quęstione 161. à nu. 7. XVI.

Iuxta hunc ordinem perpetuæ successionis, summo iure & maturo consilio statuit Rex Henricus Cardinalis declarare, dum XVII.

Digitized by Google

vixit, quisnam sibi successurus esset, quòd intelligeret non posse habere locum populi electionem.

ARTICVLVS TERTIVS.

Præteritis, pro Electione Regum ad hæc Regna, Argumentis satisfit.

XVIII. RIMO Respondetur, concedendo ad Rempub. pertinere Regem eligere, qui eam gubernet & defendat, potestatem ad illum transferendo: iuxta supradicta n. 1. non tamen inde sequi, Rempub. necessario facturam esse hanc translationem, per nouam electionem Regis, quia sufficit vt à principio per vnicum actum transferret potestatem absolutè in vnum Regem eiusque descendentiam, vt ex illa per gradus successionis, præter electionem, Reges succedant: iuxta ea quæ scribit Aristoteles lib. 3. Polit. c. 10. & seq. vti notat Couar. dic. c. 1. n. 4. vers. Verum Aristoteles: Quemadmodum in Hispania factum est, Regnante Pelaio lege priuata, quam refert Lucas Lud. & Pala. adducti à Molina. d. lib. 1. c. 2. n. 13. & ante illum Burg. in Procemio ad Legem Tauri. n. 51. & quamquam à populis in multis Regnis declaratum specialiter non fuit, transferri à se dictam potestatem in Regem electum ac in eius familiam, per quam veniret in suos posteros citra electionem; consentiendo tamen postea in huiusmodi successionem, satis ostenderunt mentem suam conformem esse consuetudini, quæ postea viguit; iuxta regulam L. de quibus. ff. de Legibus, & ea quæ tradunt Turrecremata in dic. C. Moyses. n. 7. vers. ad rationes. Dom. in dicto c. l. n. 4. vers. posterior, & n. 7. & n. 7. & n. 9. Anton. Gom. in l. 40. Tau. n. 4.

XIX. In his autem Regnis non solum reperitur supra dicta translatio, & acceptatio communis populorum, vt Reges citrà electionem succederent: vt diximus n. 13. & 18. sed etiam iuuat, quòd Regalis potestas eorum Regnorum non cœpit per translationem Populi, sed per dotem & donationem Regum, & per bellum iustum, secundum dicta n. 8. & 10. cum seq. vnde sequitur hæc Regna extra electionem populi esse, quandoquidem ab ea non incepit successio.

XX. Secundo Argumento contento, n. 2. respondetur; & si aliquando

quando æquius & vtilius fuisset Reges creare per electionem populi, iisque melius consultum fuisset, propter peculiares rationes integritatis morum, & temperantiæ, ac modestiæ eorum qui eligi volebant, eo quod Regia dignitas oneri potius quàm vtilitati erat, iuxta D. Hieronymum super Isaiam, relatum à Simanc. de inst. Cath. c. de Bonis hæreticorum, & Turrecrem. in d. C. Moyses. n. 7. tamen crescente numero populorum, corruptis paulatim moribus, & visis electionis incommodis, tum ex parte electorum qui vtilitati suæ seruiebant: tum ex parte eorum qui eligebantur; qui pecunia, adulatione aliisque modis illicitis dignitates ambiebant: tum ex parte Reipub. quæ perturbari solebat turbis, factionibus, bellis ciuilibus; Arg. Text. in C. si quis pecunia, & in c. si transitus 7. q. dist. c. Osius de electione, c. si ergo. 8. q. 1. & notat Turrecrem. in d. c. Moyses. n. 7. Concl. 2. vers. tum primò. cum seq. Ioannes Le Cerier de primog. lib. 2. post q. 14. n. 8. Simanc. vbi supra c. 43. nu. 18. apparuit nec vtile esse, nec conueniens fieri Reges per electionem, & longè salubrius esse per legitimam successionem deduci, tum vt cessarent illa quæ numerauimus mala, tum quia Reges ipsi, quòd sciant ad posteros suos Regna deductum iri, maiorem operam daturi erant & in liberis instituendis, & in Regnis conseruandis: tum quia subditi cognito successore Regis præsentis eum amaturi erant ardentius, eique suauius pariturii iuxta Legem 2. toto tit. 7. part. 2. Nauarrus dicto notabili. 3. nu. 17. Turrecrem. dicta concl. 2. vers. tum 2. cum seq. & versu ex parte Regis. & ibi præpos. Ægidius Romanus. & alij plerique quos citat Couar. dicto c. 1. nu. 4. vers. sed & consuetudinem.

Propter has causas mos obtinuit, succedendi in Regna mortuis vltimis possessoribus: c. licet de voto. cap. 1. §. Præterea de prohib. feud. alien. quem nouit. Gl. penultima in d. cap. Moyses; Abbas, & Doctores per text. ibi in C. intellecto de Iureiur. Tiraquellus cum multis de Iur. primog. in Præfat. à nu. 3. Couar. d. c. 1. nu. 4. d. vers. posterior. Palaez. à Meris vbi supra p. 4. q. 1. nu. 46. Et quamquam Aristoteles d. lib. 3. Polit. c. 10. æquius iudicauit deferri per electionem Regna, intelligi debet voluisse illum, cum nulla inde sequuntur incommoda, hanc opinionem sustinere. Quæ cum multa sint, præstat Reges successione habere, non electione creari. XXI. XXII.

Tertium relatum. n. 3. soluitur dicendo antiquum morem

eligendi obsoleuisse iam, & contrarium inualuisse, propter rationes supra adductas. nu. 3. Quod verò attinet ad Legem Gotthorum, & Concilia Toletana adducta nu. 4. Respondetur antiquata esse, tum lege speciali facta sub Pelaio, de qua suprà n. 18. tum consuetudine hodie recepta à populis, iuxta regulam text. in lege 2. C. quæ sit longa consuetudo, c. vlt. de consuet. cum vulg.

XXIII. Quod spectat ad Regem Alfonsum Henriquez, verumquidem est exercitum & populum in Regem illum non elegisse conferendo Iurisdictionem & potestatem; sed ei tantùm dedisse titulum Regis loco tituli Principis, quo gaudebat; vt diximus, nu. 12. Deinde quamquam à populo & exercitu electus esset, affirmandum erat dictam electioné propriam vnius tantum eius fuisse, vt ab eo per successionem ad nepotes veniret, quemadmodum postea euenit consentientibus populis iuxta supradicta, à nu. 15.

XXIV. Quo ad modum vero electionis qui seruatur in supremis dignitatibus Pontificali, & Imperiali: Respondetur vtrámque propriis ac iustis causis per electionem conferri; non per successionem, vt patet ex Textu in d. c. licet. de electione. d. c. vbi periculum: eodem titulo in 6. vbi Doctores, iuncta Regula c. accepimus de pact. c. ad extirpandas, de filio Presbyt. & aliis, quæ habentur apud Francisc. Bursatum Consilio 108. à principio lib. I. August. de Ancho de Potest. Papæ qu. 2. art. 3. & liquet ex text. in d. c. Venerabilem. vers. in super de Electione. Clemen. I. post princ. de Iureiur. vbi Doctores cum iis quæ scribunt Petrus de Monte in tract. de Monarchia. c. expeditis. quæst. 2. August. vbi suprà qu. 37. a. 5. Buridan. in Polit. Aristot. lib. 3. qu. 23. præterea in his duabus dignitatibus, vt vitarentur electionis incommoda, sancitum est, vt electio vtriusque fieret per paucorum & certorum hominum suffragia ex dictis superius n. 5. adhibitis item quibusdam circumstantiis, quæ multum facerent ad arcenda, quæ solent accidere in electionibus, mala. Quæ ratio inuiolabilis hactenus permansit, ne ea non seruata, magna incommoda emergerent in damnum Ecclesiæ & Imperij. Aliter tamen est in successione Regnorum, de quibus nihil huiusmodi ius decreuit; imò & Ius ipsum & consuetudo successioni fauet. Quam differentiam loquens de Imperio Lex 8. tit. 1. pag. 2. declarauit.

Exemplo Ioannis I. respondetur eum planè electum fuisse per mortem Regis Fernandi, vt suprà diximus n. 16. nihil id tamen obstare, cum ideò sit electus, quia Fernando non erat superstes legitimus Successor, quod euidenter probauit Doctor Ioannes das Regras in Comitiis Conimbricensibus. & habetur in Chronic. eiusdem Regis Ioannis I. p. 1. d. c. 179. & c. 185. atque iisdem argumentis idem statuerunt in suprà memoratis Comitiis Status Regni ibi congregati, decernentes defectu legitimi successoris Regum Lusitaniæ, vacuum esse regnum, atque adeò licere populis regem eligere. Quod patet instrumento publico dictæ electionis,& in Archiuo Regio Torre do Tombo seruatur, lib. 4. Iurium Regal. à fol. 4. & traditur in Chron. suprà dicto. p. 1. c. 180. & ita censuit Bald. d. cons. 271. lib. 1. & in c. venerabilem. n. 13. de Elect. & refert Costa de success. Regn. pag. 141. vers. Denique. & in hoc statu rerum,vacante Regno defectu Personæ è sanguine regio, licebat populis Regem eligere, iuxta principia Iuris communis, redacti enim erant ad eum statum, in quo naturali Iure poterant Regem à quo regerentur creare, eadem illa sibi restituta potestate, quam naturale ius confert: vt tradunt Bald. in c. cum in magistrum. ad finem de elect. & in L. ex hoc iure. q. 3. ff. de Iust. Corset. de Potest. Reg. p. 1. q. 2. n. 4. Mart. Laud. in tract. de princ. q. 175. Cosm. in Proœ. pragm. verbo primogenito. Tiraq. de iur. prim. q. 17. opc. 9. n. 2. & 3. Communis ex Ant. Gom. in l. 40. tauri, n. 4. Cost. vbi suprà pag. 195. vers. mihi. Mench. illustr. controu. c. 22. n. 12. & probatur. l. 9. tit. 1. p. 2. & ita notat Gregor. verbo *no auiendo*, & in l. 2. eiusdem tit. verbo *el mas propinquo pariente*. Et si autem populi tunc elegerint, non inde tamen sequitur toties electuros, quoties Rex vltimus possessor moritur: quia vi prædictæ electionis restitutum à populis fuit Regnum, repositúmque in eodem statu in quo antea fuerat, vt Rex Ioannes ea ratione illum possideret, qua posset ad posteros suos hæreditario iure transmittere, de quo infrà à n. 42. XXV.

Longè alius est præsentis Controuersiæ status, circa Regni successionem, post mortem Regis nostri Henrici Cardinalis: Et si enim liberis careat, non caret tamen consanguineis eiusdem sanguinis Regij, qui legitimè possint succedere, quod tamen satis est ad succedendum iuxta textum in c. licet de voto. & in d. c. grandi de suppl. neglig. prælator. patétque ex supradictis, n. 15. & 16. Vnde constat Regna Hispaniæ, & specia- XXVI

liter Lusitaniæ & Algarbiorum successione hæreditaria adiri, non per electionem voluntariam deferri, & hinc manasse paremiam, *Rex nascitur*, *Pontifex creatur.*

XXVII. Videndum modo superest, an statuto, Regna huiusmodi successione deferri; vtro iure deferantur, hæreditario ne, an sanguinis? quod idem est, ac quærere, deferantur ne ista Regna, tanquam hæreditas vltimi Regis possessoris, an tanquam maioratus, in quem succeditur primo institurori?

ARTICVLVS QVARTVS.

Successionem Regnorum Lusitaniæ videri non iure hæreditario, sed iure sanguinis esse deferendam.



XXVIII. ERIT qui putet iure sanguinis in huiusmodi Regna succedi, non autem iure hæreditario. Ac ita sentiunt agentes de Regnis generatim Ioannes inter cons. Oldrad. cons. 224. col. 7. & alij quos referunt Tiraq. de iur. primog. q. 35. nu. 2. Molin. lib. 1. c. 8. n. 9. vers. ex quibus & latius lib. 3. c. 6. n. 2. Palaëz vbi sup. p. 4. q. 1. n. 46. Anton. de Cordub. in l. si quis à liberis. §. idem Rescripsit. n. 136. ff. de liber. agnos.

XXIX. Probatur primò, quia secundùm ius, in rebus quę non procedunt ab vltimo possessore defuncto, sed ab alio primo autore acceptæ sunt, vel quæ solent in certa aliqua familia versari, non succeditur iure hæreditario vltimo possessori, sed iure sanguinis primo Institutori l. 3. ff. de interd. releg. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. l. vnum ex familia §. si de falcidia. & ibi Doctores de leg. 2. & ita resoluit Bart. in l. mortis causa capimus. ff. de donat. caus. mort. & alij quos citant. Tiraq. d. q. 35. n. 2. Pinel. l. 1. C. de bon. mater. p. 3. n. 65. ad med. Aluarus Vaz de iure emph. q. 10. à n. 3. Molin. d. c. 8. n. 2. & 21. Constat autem Regna procedere à populis, tanquam à primo Institutore, qui Regna Regibus concesserunt, & eorum posteris, vt in ea succederent, iuxta propinquitatem graduum; quod superius diximus n. 18. Vnde videtur sequi, Regna debere iure sanguinis deferri, non autem iure hæreditario per mortem Regis vltimi possessoris, cui nouus Rex non succedit, sed populo primo Institutori; vt post Ioannem à Terra

rubea notat Gregor. Lop. in l. 9. verbo linage, tit. 7. p. 2.

Probatur secundò, quia æquum non erat, vt populi pote- XXX.
statem suam in Reges ita transferrent, vt Regnũ ipsum translatum tam proprium Regis maneret, vt in eius hæreditatem transiret; Ex hoc enim damnum emergeret boni communis, posset enim tunc Regnum abalienari, &c. ad voluntatem Regis diuidi, & deferri pro libito; quemadmodum fit in rebus propriis & hæreditariis, l. in re mandata. C. mandati. l. 2. ff. si quis à parente. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Quod sanè contra mentem populorum est, qui in translatione Regiæ potestatis suæ vtilitati prospexerunt, volueruntque vt ea potestas maneret in Rege ita ligata, vt non posset pro libito de Regno disponere, sed teneretur integrum in sua progenie conseruare; ex quo videtur Regnum deferri iure sanguinis, non iure hæreditario: Arg. textus in d. §. in fideicommisso, iunctis his quæ notantur in auth. res quæ. C. commun. de Leg. & in l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2.

Probatur tertiò ex proprietatibus, quas Doctores attribuunt XXXI.
successioni Regnorum, quæ eędem sunt, ac illæ quę conueniunt successioni, quę defertur iure sanguinis, & prorsus contrariæ sunt successioni, quę defertur iure hęreditario. Quia Rex, & si careat ascendentibus & descendentibus, non potest moriens Regnum, cui libeat, relinquere, auferendo ei cui de iure debetur, vt docet Ioannes Andr. verbo. commendatum. in d. c. grandi: vbi Ancharr. verbo. succederet. Abbas. n 5. in c. intellecto. de iur. iur. Corset. de pot. Reg. p. 2. q. 8. n. 6. Gulielm. in d. c. Rainuntius. verbo. in eodem test. n. 155. Costa, vbi suprà pag. 150. Molin. lib. 3. c. 6. à n. 13. Palaëz. d. 4. p. q. 1. n. 46. vers. ex quibus. & n. 51. quod sanè, secundùm ius conuenit successioni quæ defertur iure sanguinis, iuxta text. in c. vnicum. in princ. de success. Feud. & ea quę tradit Molin. cum multis, quos citat. lib. 1. c. 8. n. 20. Estque contrarium successioni hæreditariæ, in qua testator carens ascendentibus & descendentibus potest disponere de suis bonis pro libito, & ea cui velit, relinquere, præteritis consanguineis. ita probat textus in l. quidam cum filium, vers. in eo autem. ff. de verbor. & ita resoluunt Doctores per textum ibi in l. fratris, & in l. fratres. C. de inoffic. & probatur ex Ordin. lib. 4. tit. 74. in princip. & l. 8. tit. 8. p. 6. Accedit, quòd Regnum non potest diuidi à Rege inter consanguineos collaterales & transuersales, sed necessariò manere debet in eo, qui fuerit propinquior, & di-

gnior: arg. text. in c. imperialem §. præterea, de prohib. feud. alien. & à Glos. verbo. Priuandum. in d. c. licèt de voto. vbi Doctores id annotarunt. Ancharran. Cons. 339. n. 3. Gulielm. à Monserrat. in tract. de success. Reg. dubio 2. n. 2. Roias in Epitom. success. c. 5. à n. 12. cum seq. Soar. in l. quoniam limit. c. 11. dubio 2. Tiraq. de iure primog. q. 4. n. 21. Anton. Gom. l. 40. Tauri. n. 6. 7. & 12. Duen. reg. 316. à princ. Menchac. de success. creat. §. 26. nu. 46. Molin. lib. 1. c. 11. in princ. à nu. 6. Ioan. Garc. d. c. 16. nu. 31. & probatur. l. 2. tit. 15. p. 2. quod etiam seruatur in successione quæ defertur iure sanguinis; vt probat Bald. in auth. ex testamen. n. 16. C. de Collat. quem sequuntur multi relati à Molin. d. c. 11. 2. post Menchac. & Roias vbi supra n. 22. & contrarium est successioni hæreditariæ in qua fit æqualis partitio patrimonij, illius, qui ab intestato mortuus est, in partes æquales, quæ diuiduntur inter consanguineos gradu æquales. l. 2. §. hæreditas. ff. de suis & legit. L. lege duodecim tabularum, vers. illa procul dubio. C. de Leg. hęred. quod explicat Anton. Gom. in l. 8. Taur. n. 11. eadem ratione in successione Regni admittitur quiuis consanguineus Regis vltimi possessoris, ex sanguine Regio, quamquam sit extra decimum gradum, vti docet Bald. in c. 1. n. 6. per text. ibi de feud. March. communiter receptus, secundum Dec. n. 9. Ias. 3. in l. vltima, C. vn. legit. & cum aliis Couar. lib. 3. Resolut. c. 5. n. 4. vers. 5. Anton. Gom. in d. l. 8. Tauri. n. 6. & in l. 40. n. 5. Gregor. in d. l. 2. verbo *Pariente*. Costa vbi suprà, pag. 194. Peres d. l. 1. tit. 2. lib. 5. ord. col. 101. Roias in d. epit. c. 32. n. 25. Palaëz p. 2. q. 7. n. 18. quod item proprium est successionis quæ defertur iure sanguinis. d. §. in fideicommisso. l. vltima. C. de verbor. significat. & ibi Doctores. Couarr. d. vers. 5. in fin. Molin. d. lib. 1. c. 3. nu. 14. & c. 4. nu. 42. post Gregorium Lopes quem citat. Antonius à Gam. dec. 193. n. 4. Et est contrarium successioni hæreditariæ, quæ ab intestato non excedit decimum gradum consanguinitatis: Glos. vltim. in §. vltimo instit. de succession. cognat. & in §. 2. verbo longissimo instit. de leg. agn. susc. Glo. in auth. in successione, C. de suis & legitim. Estque communis opinio iuxta Anton. Gom. in d. l. 8. nu. 5. Couarr. de success. ab intest. n. 11. Roias vbi supra c. 33. n. 24. & probatur l. 6. tit. 13. p. 6. secundùm veram literam ibi *de zeno*, vt obseruant Anton. Gom. Peres, & Roias vbi suprà. Aliæ proprietates successionis quę defertur iure sanguinis, & contrariæ successioni hęreditariæ, proponuntur in successione

Regni à Molin. d. c. 3. à nu. 6. vsque ad nu. 17. & à Costa vbi suprà à pag. 137.

Probatur ex iure priuato Hispaniæ, in qua saltem successio Regnorum iure sanguinis defertur, quod patet ex l. 2. tit. 15. p. 2. vbi agendo de successione Regni, quæ necessariò esse debet filij primogeniti, inquit: *Tuuieron por derecho que el Señorio del Reyno nolo vuiesse sino el fijo despues dela muerte de su Padre: y esto vzaron siempre entodas las tierras del mundo do quier que el Señorio vuieron por linage y maiormente en España.* Quæ verba indicant successionem Regni deferri ratione progeniei, atque adeo iure sanguinis, vt expendit Molin. d. lib. 1. c. 3. n. 10. vers. sextum: & c. 8. n. 9. vers. ex quibus: & idem sentit l. 9. tit. 7. p. 2. ibi: *Por Razon de linage*, vt expendit ibi Greg. verbo *linage*, & Ioan. Garc. d. lib. de expensis, c. 6. n. 15. col. 2. in finem. XXXII.

Probatur quinto specialiter in Regnis Portugalliæ & Algarbiorum, quia spectata origine illorum constat, auulsa fuisse à Regnis Castellæ & Legionis, & concessa à Regibus Castellæ Comiti Henrico & Regi Alfonso III. Comiti Boloniæ, vt supradictum nu. 11. & nu. 13. atque adeo Regna, Regiones, Dignitates, Iurisdictiones in perpetuum acceptæ donatione alicuius Domini, deferuntur iure sanguinis, & non iure hæreditario, vt docet Barth. in auth. post fratres 2. C. de leg. hæred. quem sequuntur Fulg. & Cor. ibi & alij quos adducit Aluarus Vaz de Iure Emphy. q. 50. nu. 6. & seq. ac ita esse in bonis Coronæ probat Old. lib. 2. tit. 17. §. 1. cum seq. & §. vlt. vt notat Aluarus Vaz vbi supra. nu. 13. & 25. Costa. vbi supra pag. 37. & pag. 136. & circa bona Emphyteutica probat Ordinationum liber 4. tit. 62. §. 3. & obseruat Aluarus Vaz dicta. q. 50. nu. 9. & alij eiusdem G. post Costam quem allegat. XXXIII.

ARTICVLVS QVINTVS.

Successionem eorum Regnorum Iure hæreditario deferri, euidenter ostenditur.



HIS nonobstantibus Oldradus cons. 94. n. 8. indicat successionem Regnorum mortuo vltimo possessore deferri iure hæreditario. Huius sententiæ Autores sunt, Abbas, & Doctores communiter in Capite liter. de Voto. Albericus, & plures alij quos citat Tiraquellus de Iure primog. q. 35. nu. 5. & q. 23. n. 5. Anton. Gom. in l. 40. XXXIV.

Digitized by Google

Tauri nu. 4. & nu. 72. in prin. vbi Castillo. n. 26. Boer. Decis. 204. n. 41. Couar. pract. c. 1. nu. 4. & 7. Auendan. de Exeq. mand. lib. 1. c. 4. in prin. Conanus lib. 1. c. vlt. n. 8. Costa de successione Regni, pag. 136. & seq. Peres ad Legem 1. tit. 1. lib. 5. Ord. pag. 121. col. 2. Aluarus Vaz dicta. q. 50. nu. 2. 6. & 12. & alij quos citat Mol. lib. 1. c. 8. in princ. Ioan. Garc. d. c. 16. nu. 31. vbi hanc sententiam tuetur pene per totum caput, qui omnes affirmant esse communem.

Facit pro hac parte primùm text. in d. c. licet de Voto. in
xxxv. quo Papa Innocentius III. ait priuaturum se esse filium Regis vltimi possessoris successione Regni, propterea quòd non impleuerat, quæ pater mandauerat; cum constet non potuisse secundùm Ius dictum filium dicta successione priuari, nisi ea illi hæreditario iure obueniret, tanquam hæreditas Patris: iuxta text. in auth. hoc amplius. C. de fideicommissis. c. si hæredes. de testamentis. & in vtroque loco notant Doctores communiter iuncta Regula. L. ab eo. C. de fideicomm. L. vnum ex familia. §. 1. & ibi Peralta, & Padilla. ff. de leg. 2. Atque in hanc partem accipiunt omnes Doctores supra citati dictum illud caput tanquam expressum, & ita communiter intelligitur ille text. vt fatetur Molina, d. li. 1. c. 9. nu. 4. q. 50. & 66. Ioan. Garcia. d. c. 16. à nu. 32. & alij quos allegat. Perez vbi sup. pag. 120. & seq. quamquam ipse & Molina, & alij quos citant aliter intelligant dictum caput, licet, quibus satisfacit Ioannes Garcia vbi suprà.

xxxvi. Secundò facit pro hac parte, populos transtulisse in primos Reges eorùmque posteros omnem potestatem, quam habebant absolutè, & sine vlla limitatione & restrictione, nullo assignato modo succedendi, ac ita proculdubio noluerunt vt Regna propria essent Regum & posterorum, vt probat Lex 1. ff. de Constitutione Principum ibi. *populus ei & in eum*: vt suprà diximus n. 18. & ita æquum erat fieri, vt Reges maiori curâ & diligentia Regnis consulerent tanquam propriæ hæreditati, quæ ad posteros ventura erat; iuxtà tradita ab Andrea de Isernia, in Rub. quæ sunt Regal. & post illum Soares in q. Maior. nu. 2. iuxta quæ diximus. n. 20. deinde vt Maiestas Regia melius conseruaretur, & vt nemo putaret Reges cum succedebant de manu populi Regna accipere quasi à superiore aliquo, cum Reges populis superiores sint, quibus populi obediunt: nam aliter contrà Regulam vulgarem Rex procederet, quæ Regula habetur, c. cum inferior. de Maior. & Obed. Clem,

ne Ro.

ne Romani. de electione. Vnde sequitur Regna propria esse Regum, atque adeo in ea succedi iure hęreditario.

Tertio probatur ea sententia ex proprietatibus quas Doctores tribuunt successioni Regnorum, quæ conueniunt necessariò successioni quę defertur iure sanguinis. Quia qui prætensor est Regni non potest repudiare hęreditatem Regis, & habere solum Regnum, imò si repudiet hæreditatem repudiat consequenter Regnum, tanquam illius partem, & ad alium successorem legitimum deuoluitur. Ita Oldrad. d. Cons. 94. nu. 15. in fine. Albericus. & Anchar. quos refert & sequitur Costa. dicto loco pag. 137. versu hinc, etsi dubitet Mol. d. lib. 3. cap. 6. nu. 10. quod sanè proprium est successionis quæ defertur iure hęreditario in qua non potest hęres & successor partem repudiare, partem accipere. l. 1. l. 2. & l. si solus in princ. ff. de acquirenda hæreditate. l. quidam Elogio. C. de Iur. delib. ac ita exponunt Ias. in l. 1. nu. 12. C. quando non petent. Gagnolus nu. 4. in L. Ius nostrum. ff. de Regulis Iuris. Loriot. de additione axiom. 8. & sequ. Marant. in Repub. L. is potest à nu. 18. ff. aequir. hæred. Gomes. Tomo I. c. 12. nu. 33. & opponitur successioni quæ fit iure sanguinis, in qua pretensor potest repudiare hæreditatem vltimi possessoris, retentis reliquis bonis, quæ ei deferuntur iure sanguinis. argum. text. in L. si operatum. ibi, *licèt hæres non existat.* ff. oper, lib. & tradunt Bart. & Doctores in L. quod dicitur. ff. de verborum. Bar. in L. vt iurisiurandi. §. si liberi. nu. 4. ff. de oper. lib. Gregor. Lop. in l. 4. Schol. 1. tit. 15. p. 2. estque communis sentent. iuxta Couar. & alios quos allegat. lib. 2. Resolut. cap. 18. nu. 2. vers. quinto. & latè Mol. d. lib. 1. c. 8. nu. 4. & sequent. XXXVII.

Accedit quod Rex vltimus possessor potest exhæredare filium primogenitum suum, eumque priuare successione Regni propter quamcumque causam, earum, ob quas filij exhæredari possunt à Patribus: quæ habentur auth. vt cum de appellatione cognoscitur. §. causas. Collar. 8. & notant ibi Doctores. Et in c. licet. Oldrad. Martinus Laurent. & alij quorum sententiam communem esse docent Costa vbi supra pag. 149. Antonius Gom. l. 40. tauri, nu. 71. & alij quos citat. Molin. d. lib. 1. c. 9. nu. 1. Ioannes Garc. d. c. 16. num. 27. & 31. quam exhæredationem non potest facere vltimus possessor rerum, quæ deferuntur iure sanguinis in quibus succeditur primo institutori argum. d. l. 3. ff. de interdict. l. si arrogator XXXVIII

verſ. pen. ff. de adoption. d. l. cohæredi. §. cum filiæ. verſ. ne fideicommiſſo: textus optimus in l. filiusfamilias. §. cum Pater ff. de Lege 1. ibi poſſe exhæredatos petere fidei commiſſum. & ita notant Philip. Corn.[1] & alij quos citat & ſequitur Coſta d. loco. pag. 152. Et poſt alios Molin. d. c. 9. num. 2. Pinel. & alij quos adducit Aluarus Vaz de iure emph. lib. 1. qu. 45. col. 3. & 4.

XXXIX. Præterea quemadmodum prohibitum eſt liberis paciſci de hæreditate Patris viui, ſine eius conſenſu, Lege vltima C. de pact. ita & liberi Reges vltimi poſſeſſoris, non poſſunt ſine eius conſenſu de Regno paciſci. ita reſoluit Bald. in authent. hoc amplius. nu. 10. C. de fideicommiſſ. quem refert Anton. Gom. in d. l. 40. Tauri. num. 70. in fin. & ſequitur Coſta. d. loco pag. 139. Ioannes Garc. vbi ſuprà nu. 31. & alij quos allegat. Tiraq. de Iure primog. qu. 29. num. 3. & ſequ. Burg. in Procemio ad Leg. Tauri. num. 48. quorum ſententia procedit in pactis Regnorum quæ deferuntur, tanquam hæreditas Regum: de quo pacto conſtat poſſe fieri ſine conſenſu vltimi poſſeſſoris, in rebus, quæ deferuntur iure ſanguinis; quia non pertinent ad hæreditatem vltimi poſſeſſoris, ſed primi inſtitutoris, cui ſucceditur. argum. l. 1. C. de pact. vbi communis, & ita notat Angelus in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verbor. quem ſequuntur plures citati à Tiraq. vbi ſupra num. 1. & 2. & à Molin. lib. 3. c. 2. nu. 22. poſt Burg. d. num. 98. Alia multa ſunt in ſucceſſione Regni propria ſucceſſionis hæreditariæ contraria ei, quæ fit iure ſanguinis, aſſignata à Coſta vbi ſuprà à pag. 137. Soar. allegat. 10. num. 3. & Ioannes Garc. d. c. 16. num. 30. col. 2.

XL. Probatur 4. ſpecialiter tum ex Legibus Partitarum, tum teſtamentis, & actis rerum: quibus conſtat Regna Hiſpaniæ deferri iure hæreditario, tanquam hæreditatem Regis vltimi poſſeſſoris. Quoad Leges, probatur. l. 8. tit. 1. part. 2. ibi, *las pueden dexar à ſus herederos, porque han el Señorio por heredad.* l. 18. eiuſdem tit. ibi *Por heredamiento*, l. 2. tit. 15 part. 2. ibi *que el Señorio del Reyno heredaſſen ſiempre*, & ibi, *heredaſſe el Reyno*, & ibi, *antes que heredaſſe*, & ibi, *el hijo maior que ha de heredar*, & ibi, *que no codicien heredar*, & ibi, *ſi fuere hija que hubiere de heredar.* l. 4. eiuſdem tit. ibi *Pagar ſus deudas y cumplir ſus mandas*, & ibi, *de quien hereda*, & ibi, *pues que fica en ſu lugar y hereda ſus bienes*, quas Leges expendunt Couar. pract. d. c. 1. n. 7. Coſta vbi ſup. pag. 141. verſ. mihi autem, & pag.

Digitized by Google

165. verſ. vnde infero, Ioannes Garcia. d. c. 16. nu. 20. cum ſeq. à nu. 30. quanquam Palaëz. d. 4. p. q. in 49. conetur hiſce Legibus reſpondere: ſed fruſtrà.

Quoad teſtamenta, & acta Regum, conſtat Regem Fernandum I. Caſtellæ, Regna & ſtatus ſuos inter liberos diuiſiſſe, quod refert Garibai, lib. 11. c. 9. & dictum eſt ſup. n. 10. & animaduertit Ioan. Gar. d. c. 16. nu. 20. Rex item Alfonſus VI. Regna ſua inter filias diſtribuit teſte Garibai d. lib. 11. c. 22. Idem fecit Alfonſus VI. inter filios Sancium & Fernandum authore Garibai, lib. 12. c. 4. Et notat Iaſ. in authent. Sacramenta puberum. nu. 69. C. ſi aduerſus vend. quem citat Roias d. c. 5. an. 30. idem etiam feciſſe Iaimium Aragoniæ Regem dictum *el conquiſtador* narrat Zurita lib. 8. c. 43. & c. 46. & c. 52. Idem ſcribitur de Rege Alfonſo Sapiente à quo conſtat exhæredatum eſſe infantem Sancium filium expreſſis cauſis, ob quas filij priuari poſſunt hæreditatibus paternis; vt habetur in teſtamento dicti Regis relato in c. vltimo ſuæ Chronic. cuius verba refert Ioannes Garcia vbi ſuprà à nu. 25. & ſcribit Garibai, lib. 13. c. 16. Deinde Rex Henricus III. Caſtellæ teſtamento inſtituit hæredem ex integro Regnorum, Principem Ioannem filium impoſitis oneribus, & fideicommiſſis, & ſubſtitutis filiabus pupillariter & communiter, additis iiſdem oneribus, & fideicommiſſis adhibito ſemper in d. teſtamento nomine hæredum, & hæreditatis; vt in ipſo videre eſt: quod habetur in Chron. Regis Ioannis II. Caſtellæ in princ. anno 6. c. 20. & idem fecerunt complures alij Reges, vt patet ex eorum reſtamentis, & hiſtoriis. Compertum eſt autem huiuſmodi diuiſiones, exhæredationes, inſtitutiones, ſubſtitutiones, onera, & fideicommiſſa non admitti ipſo iure in ſucceſſione, quæ defertur iure ſanguinis, in qua ſucceditur primo Inſtitutori dicta L. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia & dicta ſupra nu. 37. cum ſeq. hæc enim ſunt propria ſucceſſionis hæreditariæ, in qua ſucceditur defuncto, qui diſponit de bonis & hæreditate propria. lege inter liberos. C. familię Herciſcundæ. auth. vt cum de appellatione cognoſc. §. aliud. & §. Cauſas, Collat. 9. iuxta omnes titulos. ff. de hæred. inſtit. & de vulgari & pupill. ſubſt. iuncta. lege ab eo. C. de fideicommiſſ. cum vulg. XLI.

Probatur quinto adhuc ſpecialius in his Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum, facta enumeratione trium temporum, de quibus ſuprà à nu. 8. vſque à n. 16. Conſtat enim huiuſmodi Regna deferri iure hæred. tanquam hæreditatem propriam poſ- XLII.

fessoris, & istud colligitur ex verbis Bullæ qua Alexander III. Regnum confirmauit Regi Alfonso Henriquez ex inscriptione illius. ibi. *Alfonso illustri Portugallensi Regi eiusque hæredibus*, & ibi, *præfatis hæredibus tuis*, & ibi, *personam tuam & hæredum tuorum*; & idem constat ex historia Regis Fernandi, c. 46. ibi. *Aherança de Portugal*, & in pluribus locis eiusdem capitis: Ac multò clarius confirmatur de vtróque Regno eadem sententia Instrumento facto in Comitiis Conimbr. super electione Ioannis I. quæ est in Archiuo, Torre do Tombo, d. lib. 4. Iuri.Regal. à fol. 1. ibi. *qui ea posset & deberet iure hereditario habere*, & manifestius ibi, *talem qui Iure hæreditario posset Regna ipsa habere*. Quod ipsum probatur aliis Chartis authenticis ex quibus constat Regem Alfonsum Castellæ liberasse Regem Alfonsum III. ab obligatione quam ei fecerat pro Regno Algarbiorum. Ibi *vuestros hijos y vuestros herederos*, & ibi, *ni aun vestros hijos ni aun vuestros herederos*, quod instrumentum depromptum fuit ex eodem Archiuo ex lib. 1. Scripturæ Regis Alphonsi III. fol. 88. idem constat ex Bulla Bonifacij Papa IV. cuius virtute Rex Ioannes I. potestatem habuit recipiendi Regnum & nubendi. Ibi *recipere, tenere & obtinere, & ad hæredes & successores tuos Legitimos*, &c. Et clarius infra ibi, *ipsique hæredes & successores tibi in ijsdem Regnis*, &c. Atque hoc ipsum colligitur ex testamento dicti Regis Ioannis I. deprompto ex eod. Archiuo lib. 4. iur. Reg. à fol. 70. ibi *O Infante Duarte meu filho primogenito e herdeiro*; idem confirmatur epist. Regis Alfonsi V. desumpta ex d. lib. 4. iur. Reg. fol. 33. ibi *herde os ditos meus Reynos de Portugal e dos Algarues*, & ibi *herdeiro dos ditos Reynos de Portugal e dos Algarues*, & ibi *Por Verdadeiro herdeiro dos meus Reynos de Portugal e dos Algarues*, & aliis in locis dictæ Epist. Idem probatur ex Ordinationib. lib. 2. tit. 37. §. 4. ibi *Principe e herdeiro*. Quæ verba sumpta in propria significatione probant successionem horum Regnorum haberi iure hæreditario, tanquam hæreditatem Regis vltimi Possessoris, l. 5. ff. de Relig. & sumpt. fun. ibi. *hæreditaria autem, quę quis sibi, hęredibusque suis constituit*. Tradit And. de Iser. in c. 1. n. 1. An Agn. vel Fil. latè Dec. Cons. 185. & Cons. 390. n. 5. & alij quos refert Pinel. 3. p. l. 1. C. de bon. matern. n. 84. Quapropter nemo hac de re iure dubitare potest. arg. L. non aliter. & L. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3.

ARTICVLVS SEXTVS.

Regna hæreditario iure deferri concluditur.



ETSI alterutra pars opponi videatur alteri, tamen non solùm, non pugnant inter se, sed mutuo se tuentur & confirmant. Verum est enim successionem Regnorum fieri hęreditario iure, & voluisse populos, vt ea successio Leges ac Regulas hęreditatum prorsus sequeretur, certis quibusdam exceptis, quæ commune bonum præscribebat. Atque ita communis opinio, quæ pro hæreditario iure pugnat, procedit per modum Regulæ, quasi diceret, successionem istam plerumque, & secundum maiorem partem, cum hęreditate conuenire, alia vero opinio, quæ tenet haberi iure sanguinis, est veluti explicatio communis: ne scilicet naturam & Leges hæreditatis prorsus sequeretur, cum propter vtilitatem communem aliqua excipienda sint. XLIII.

Probatur hæc regula secundùm communem opinionem: quia cum successio Regnorum sit de iure gentium, vt probat Lex Ex hoc iure, iuncta. gl. ibi, verbo. condita communiter recepta, & cognitus non esset alius modus successionis præter hæreditariam. ff. de Iustitia & Iure. §. Cęterum ibi, *Omnia alia successione incognita.* Inst. de Leg. agnos. succes. & alij modi successionis fideicommissariæ Maioratuum Capellarum, & bonorum quæ vinculata dicuntur, & cætera huiusmodi, multo post fuerint inducta per Ius Ciuile, & pendeant ex conditionibus & voluntate priuata aurorum: vt habetur l. interdum, ff. de condict. indeb. l. 5. §. de illo. ff. pro socio. in rubrica. ff. de acquir. hæred. in l. 1. ff. de acquir. rer. domin. in princip. instit. de fideicommiss. hæredit. sequitur quandoquidem non constat de modo successionis Regnorum, voluisse populos eam fore hæreditariam, atque adeo sequi debere naturam hæreditatis, iuxta modum receptum succedendi: secundum regulam. l. si duo. ff. de acquir. hæred. & doctrinam Barth. l. hæredes mei. §. cum ita. n. 4. ff. ad Trebel. communiter recepta à citatis per Paris. Conf. 89. nu. 26. lib. 2. Tiraq. de Retract. tit. 2. §. 1. glo. 2, nu. 14. Soar. alleg. 2. nu. 10. XLIV.

Præterea dum non constat contrarium, præsumi debet di- XLV.

ctam translationem potestatis Regiæ fuisse factam in finem succedendi iure hæreditario: quia secundum Ius & opiniones Doctorum receptas ea omnia de quorum successione non constat, quòd dubius est modus successionis: præsumitur hęreditaria esse, ac in ea succedi tanquam in hæreditatem vltimi possessoris: vt probat textus in c. 1. in fin. ex quibus causis feudum amittatur, & tradunt Doctores in c. 1. de success. fratr. & aliis in locis quos allegat. Couar. practic. c. 38. nu. 13. Iulius Clar. verbo feudum. q. 9. nu. 6. Roland. Cons. 32. n. 28. lib. 3. Bursat. Cons. 3. n. 4. lib. 1. vbi post multos affirmat hanc esse communem opinionem, eò vel maximè quòd cum præsumatur voluntatem populorum fuisse, vt hæc successio fieret iure hęreditario, sequitur potestatem Regiam & dominium Regni esse proprium Regum, & maximè liberum, atque ab oneribus alienum; sic enim ex Iure præsumi debet. L. altius. C. de seruit. c. nimis de Iureiur. & tradunt Doctores adducti ab Aluaro Vaz à lib. 1. q. si à princ. & plures relati ab Anton. Gabr. lib. 3. commun. tit. de feud. concl. 3. Cum præsertim æquius sit & vtilius populis possideri Regna hęreditario iure propter effectus, qui sequuntur si hoc modo fiat: vt probatur tum rationibus adductis suprà nu. 20. & nu. 36. tum proprietatibus hæreditatis quas Doctores tribuunt successioni Regni de quo sup. à n. 37. quæ bonum commune respiciunt. Quare cum possent populi in transferenda potestate in Reges, conditiones suo arbitrio ponere, tanquam in re sua, iuxta Reg. l. in traditionibus. ff. de pact. L. legem. C. eod. tit. pręsumendum sanè est elegisse hunc modum successionis hæreditariæ, tanquam æquiorem & vtiliorem bono communi arg. l. 3. ff. de militar. test.

XLVI. A contrario vero argumentando præsumi debet, voluntatem eorundem populorum fuisse, vt ista successio exciperetur à regulis hæreditatum in iis rebus in quibus ratio bonij communis ostendebat æquius esse alio modo deferri, & in his terminis sustineri potest opinio Doctorum suprà citatorum, nu. 25. si bene intelligatur quia vbi illa sustineri potest inest specialis ratio boni communis, propter quam necesse fuit auellere successionem Regni ab ordinariis regulis hæreditatum, & sequi alias particulares, vt patet ex dictis nu. 31. & ex dicendis n. 48. Quod quidem declarat mos antiquissimus succedendi qui secundum maiorem partem conformis est successioni hæreditariæ per communem consensum populorum, quamquam certis in rebus conformis non sit.

Quare cum tanta consuetudinis authoritas sit ad leges interpretandas, l. si de interpretatione. ff. de leg. c. cum dilectus. de consuet. ordin. lib. 2. tit. 5. §. 1. & pactorum, & aliarum dispositionum l. semper in stipulationibus. L. in obscuris. ff. de reg. iur. L. numis. ff. leg. 3. Batt. nu. 7. per textum ibi in L. Caius. ff. solut. mat. Et tradunt multi relati à Molin. d. lib. 1. c. 3. à nu. 2. nulla certior regula haberi potest quam quæ valet consuetudine, præcipuè cum ex voluntate populi sit petenda, à quo & data potestas Regibus, & consuetudo inducta quæ seruari debet: iuxta legem, qui semisses in fin. ibi, *idque ex consuetudine mandantis*. ff. de Vsuris. l. de quibus. ff. de leg.

Hanc concordiam & nexum sententiarum viderunt & probarunt Oldradus, vt refert Soar. alleg. 10. nu. 3. Bald. in c. 1. de feud. March. Ioann. Le Cirier. lib. 3. de primog. qu. 2. nu. 7. Costa vbi supra pag. 150. Anton. Quesada in tractat. diuers. quæst. c. 32. nu. 10. Couat. d. c. 1. n. 7. & clarius Ioan. Garc. d. c. 16. nu. 16. & nu. 30. quod cum sit ius commune in successione Regnorum; generatim tenendum proculdubio est, in successione horum Regnorum seruari debere Regulas successionis hæreditariæ, cum in iis nulla sit Lex aut consuetudo contraria: arg. l. Sancimus. C. de testam. l. præcipimus. C. de appellat. quinimo multis & magnis rationibus successio hæreditaria in his Regnis ponenda est, quod ea magis propria sint Regum quam alia Regna generatim: quod animaduersum est supra à nu. 8. Non tamen Inde sequitur in omnibus habere conditiones hæreditatum cum aliqua sint quæ vtilitati publicæ seruire debent. Atque ita videtur intellexisse Pontifex loquens de hoc Regno in d. c. grandi ibi *iure Regni succederet*, quibus verbis notat, successionem eorum Regnorum licet hæreditaria sit, non sequi in omnibus Regulas hæreditatum. XLVIII.

Explicata itaque in hunc modum sententia communi, reliquum est vt argumentis oppositis respondeamus. XLIX.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Argumentis adductis in contrarium, satisfit.

L. Respondent primo deducto ex l. 3. ff. de interdict. & releg. cum similibus Oldrad. & & Alberic. citati per Tiraq. de iur. primog. q. 35. num. 15. & aliis diuersis in locis, & vltra id, quod dicunt specialiter respondetur, negando Reges succedere hodie populo tanquam primo Institutori Regni: cum euidenter probatum sit suprà nu. 36. & nu. 40. succedere vltimo possessori, tanquam in rem & hæreditatem propriam, & ita tenet Oldradus d. Conf. 54. citatus per Soar. d. alleg. 10. n. 3. & plerique Doctorum qui tuenrur communem sententiam.

LI. Respondetur secundo de quo supra nu. 30. illa incommoda quæ adducit, tantùm concludere non conuenire communi bono seruari in successione Regni regulas omnes hæreditatum, quod bene cohæret iis quæ diximus nu. 43. & ita consulitur vtilitati populi, & restringitur potestas Regum, & tolluntur incommoda.

LII. Respondetur tertio proposito nu. 31. admissis etiam quas proponit opinionibus nihil prorsus concludere: Facilè enim concedimus illas conditiones non reperiri in successione Regni hæreditaria, vt ratio communis boni attendatur iuxta Doctores allegatos d. nu. 31.

LIII. Respondetur quarto argumento desumpto ex verbis d. 2. tit. 15. p. 2. de quo supra nu. 32. mentem auctoris fuisse, declarare loqui se in ea lege de Regnis tantùm, quæ deferuntur per successionem, non autem de illis quæ voluntate populi donantur, quia si à populis Rex eligatur deliberandum non est an succedat primogenitus. Verbum autem (linage) quo vtitur propriè significat lineam consanguinitatis: argum. l. 2. tit. 6. pag. 4. ibi (linea de parentesco) dictorum Regum Castellæ, & idcirco deferenda iure sanguinis, tum quia ex iisdem concessionibus constat fuisse data illa Regna Henrico & Alfonso, & successoribus & descendentibus, quod importat successionem hæreditariam, vt animaduersum est supra n. 42. tum quia constat Regnum Portugalliæ ab exercitu & populo datum esse Alfonso

Alfonso Henriquez sub titulo Regis, idémque confirmatum à Pontifice Alexandro III. pro eo, ac eius hæredibus, vt dictum est suprà nu. 13. quin interuenitet auctoritas, vel consensus Regum Castellæ. Ita Chronicum Regis Sancij I. c. 1. ac eodem modo ei successerunt Reges posteri iure hæreditario, de quo supra nu. 15. quin recognoscerent tanquam Superiores Reges Castellæ, & sine vllo respectu ad donationem ab iis factam Comiti Henrico, imo semper existimatum est, & possessum Regnum illud tanquam liberum & proprium Regum Portugalliæ; quod vt fiat satis est diuturnitas temporis, quanquam à principio huiusmodi non esset, iuxta regulam. l. omnes C. de præscript. 30. c. ad aures in fin. de præscript. & iis quæ tradit Felinus, c. cum non liceat. nu. 12. eodem tit. Cosm. in Procemio pragm. verb. Dei. Afflict. in Præludio constit. qu. 2. nu. 2. vbi add. litera A. Couarr. in Reg. possessor. 2. p. §. 2. nu. 8. vers. ex iis vero: qui docent Reges qui recognoscunt Imperatorem, vel aliquem alium superiorem posse titulo legitimæ præscriptionis acquirere libertatem & exemptionem à tali superioritate, quemadmodum etiam subditus, præscriptionis adminiculo, liberari potest à dominio directo, & iugum subiectionis feudalis excludere; vti eadem regula d. l. omnes, cum similibus decernunt Afflict. lib. 3. constit. rub. 31. §. consuetudinem, nu. 18. 8. & vltim. Curt. Paris. Soc. & alij quos citat & sequitur Bursat. Cons. 46. nu. 29. lib. 1. vbi post Hartem. in suis obseruat. pract. forens. lib. 1. verbo feudum. qu. 15. affirmat communem sententiam esse, sufficere spatium triginta annorum ad acquirendam dictam exemptionem: cum præsertim priores Reges possederint hoc Regnum tanquam liberum & exemptum per tempus immemoriale, ex quo præsumitur priuilegium & acquiritur exemptio à quacumque obligatione, iuxta reg. l. 3. §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æstiu. §. præterea de verbor. signific. & ea quæ cum aliis tradunt Couar. in c. cum in officiis. nu. 9. de testam. Anton. Gom. de Contract. c. vltimo. nu. 27. Aluar. Vaz. lib. 1. q. 8. nu. 36. Molin. lib. 2. c. 6. à nu. 11. Anton. Gabr. lib. 5. commun. tit. de præscript. concl. 5.

Quod attinet ad Regnum Algarbiorum clarius adhuc constat LIV. de illius exemptione, neque rationem habendam esse concessionis Regum Castellæ, quia idem Rex Alfonsus sapiens qui concessit dictum Regnum Regi Alfonso III. genero cum certa

quadam obligatione, de qua agitur in Chronico eiusdem Regio Alfonsi III. c. 10. illum exemit & liberauit eadem obligatione, vt constat ex Chronico c. 14. & Literis patentibus dicti Regis Alphonsi, quæ referuntur à Chronico seruantúrque in Archiuo Turri de Tombo & obseruat Garibai, l. 34. c. 21. Atque idcircò Regnum ipsum liberum & proprium Regnum Portugalliæ iure mansit: quare licet eiusmodi Regna cœpissent ex concessione Regum Castellæ; tamen nec possidentur, nec acquiruntur à Regibus, qui in illa succedunt tanquam accepta ex dicta concessione, sed vt libera & propria Regum Portugalliæ, delata tanquam hæreditas Regis vltimi possessoris, iuxta suprà dicta, nu. 41. & nu. 43.

LV. Accedit, quòd postquam populi huius Regni deficiente legitimo hærede elegerunt Regem Ioannem I. quemadmodum suprà notatum est nu. 25. cuius successio continua serie ducta est, iam non potest agi de concessione Regum Castellæ, sed de concessione populorum tantum, ex quo fit vt ea hæreditaria maneat, iuxta ea, quæ sunt proximè dicta nu. 25. & à nu. 42. & num. 49.

LVI. Doctrina Bartoli quæ habetur in dicto Argumento sequitur diuersos terminos, vt dicetur infrà, qu. 3. à nu. 26. & seq.

LVII. Quæ verò dicta sunt in eodem argumento de bonis Coronæ, respondetur diuersam habere rationem, quia iuxta Legem mentalem accepta sunt concessione Regum, vt deferantur iure sanguinis, non vt hæreditas vltimi possessoris, vt latè docet Costa vbi suprà à pag. 37. & pag. 136. 36. cum sequ. & Aluarus Vaz, d. lib. 1. q. 50. à nu. 13. & probat Ordinationum lib. 4. tit. 35. §. 1.

LVIII. Ad id demùm quod dictum est in eodem argumento 5. ord. lib. 4. tit. 62. §. 3. Respondetur eodem modo procedere in bonis Emphyteuticis concessis à Domino directo illorum, vt deferantur tanquam ab eius manu, & non à manu vltimi possessoris, iuxta doctrinam Bartoli in l. mortis causa capimus. ff. de donatione causa mortis: communiter receptam secundum Iasonem in l. 2. nu. 220. C. de Iure Emphyteutico, & alios quos allegat Perez à d. l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordin. pag. 122. col. 1. quod non potest applicari successioni Regni propter dicta à nu. 43. præcipuè cum Emphyteusis etiam deferatur iure hæreditario, quando ex verbis, & ex modo concessionis, & ex aliis coniecturis intelligitur hanc fuisse mentem concedentis vti

Digitized by Google

docet Ant. Rubius in l. Gallus. §. quidem rectè nu. 136. ff. de lib. & post. & consilio. 40. nu. 4. Couar. pract. c. vlt. nu. 13. & latè post Bartolum, & multos quos citat lib. 2. c. 18. à n. 2. quàm mentem habuerunt populi in concessione Regnorum, vt ostensum est proximè à nu. 43.

CONCLVSIO.

Ex his sequitur huiusmodi quæ subijcietur conclusio, quæ proposita in principio quæstioni respondet.


OPVLI Regni Portugalliæ & Algarbiorum non possunt eligere sibi Regem, dum extiterit LIX. aliquis consanguineus qui descendat ex sanguine Regio, & qui legitimè possit succedere Regi vltimo possessori Regni, cuius successio defertur iure hæreditario, exceptis quibusdam & in quibus Lex consuetudo ob causam boni communis differre voluerunt.



Digitized by Google

Digitized by Google



QVÆSTIO SECVNDA.

POSSINT NE FEMINÆ AD HORVM SVCCESSIONEM Regnorum vocari?

ARTICVLVS PRIMVS.

Videri eas ab huiusmodi successione exclusum iri.



RIMA RATIO EST. Quia Iure ipso non possunt admitti feminæ ad munia publica, nec habere iurisdictionem, vel administrationem Reipub. l. feminæ. ff. de Regulis Iuris, lege 3. vers. moribus. ff. de iudic. c. dilecti. vers. quamuis de Arbitrio. vbi Glo. Doctores, & latè Berous lib. 4. tit. 4. p. 3. vers. ni muger. Ac ita docent Bartolus in l. 1. nu. 10. C. de Mulieribus, & in quo loco lib. 10. Glo. 2. in caput. vereor. 8. qu. 1. Glos. vlt. in caput si sæculi. 12. qu. 2. Glos. verbo mulieres. in summa. 15. qu. 3. & post alios Sebast. Vant. de nullitate senten. tit. ex defec. iurisd. de leg. nu. 71. Liquet vero dignitatem Regiam esse officium publicum, & in ea iurisdictionem & administrationem Reipub. consistere: vnde eam cæteri participant. l. 1. §. Ius publicum. ff. de Iustitia. l. 1. ff. de const. princ. c. 1. quæ sint Regalia, vers. potestas. c. 1. vers. Iudices de pac. iur. firm. c. Regum. 23. q. 5. l. 2. tit. 4. p. 3. Ordin. lib. 2. tit. 15. in princ. & tit. 26. in princ. & §. 15. & ita resoluunt cum multis Auend. de exquirendo mand. c. 1. Couar. Pract. c. 1. nu. 9. à quo multæ Leges Regni Castellæ citantur. Aluarus Vaz lib. 1. qu. 8. à n. 21. post multos, quos allegat. text. in c. grandi. post principium. ibi ad curam & administrationem generalem Regni. vbi

id obseruat Domin. nu. 3. de Supplen. negl. Prælatorum. in 6. Vnde videbatur sequi, feminas excludi à successione eorum Regnorum, vt hoc argumento ducti affirmant agentes de Regnis generatim, Ioannes Andreas. Antonius, & alij in cap. signific. de Rescript. Imola, & reliqui citati à Tiraq. de Iure primog. qu. 10. Burg. in Proœmio ad Leg. Tauri. num. 41. vers. denique Molin. lib. 3. c. 4. nu. 5.

II. Confirmat hanc opinionem illud, quod regi à femina detrimenttum affert Reipublicæ: nam feminæ destituuntur plerúmque Constantia, Prudentia, Liberalitate, Fortitudine iuxta Prouer. c. vltim. *Mulierem fortem quis inueniet?* l. 2. §. verba in fin. ff. ad Vellean. l. filia. c. in offic. c. forus. de verb. signific. ac post alios notant Tiraq. in l. 1. connubia. Gl. 1. p. 1. à nu. 7. Burgus in d. Proœmio à nu. 39. & specialiter Tiraq. d. q. 10. à n. 13. quæ virtutes propriæ sunt Regum, & illis admodum necessariæ ad ruenda, regenda, & amplificanda Regna d. c. grandi. de supplend. neglig. Prælat. in 6. d. c. Regum. c. Rex debet 23. qu. 5. l. Imperialis. C. de nupt. c. 1. de donat. l. 8. tit. 5. p. 2. cum aliis quos referunt Corset. de Potest. Reg. 2. p. q. 20. Burgus vbi suprà num. 38. & nu. 41. Molin. lib. 1. c. 3. nu. 20. cum seq.

III. Accedit: multa incommoda sequi ex eo quod feminæ in Regna succedant: quia continget nubere viris indignis & connubio & Regia dignitate, atque adeò deturpari claritatem sanguinis & domus Regiæ haud dubia iniuria Dynastarum subditorum, & filiorum qui ex tali Matrimonio oriuntur: Quod sanè alienum est à bono communi argum. l. 1. §. publicæ. ff. insp. l. super statu. C. de quæst. iuncta. l. pronuntiatio. §. communium. ff. de verbor. signif. l. libetos. ff. de Senat. l. 1. & l. 12. tit. 7. part. 2. vti obseruat Ancharran. cons. 339. nu. 9.

IV. Deinde videtur feminas transuersales consanguineas Regis vltimi possessoris non posse admitti ad successionem horum Regnorum, quia per Leges & consuetudinem Hispaniæ nulli feminæ licet succedere in dignitate Regia, nisi sit filia Regis vltimi possessoris de cuius successione agitur: idque videtur probari publico instrumento facto in Comitiis Conimb. cuius hæc sunt verba. *Mormente que detal diuido como odito Ioaõ Enriquez auia com odito Dom Fernando he da parte das molheres que segundo custume e leys de Espanha dos filhos a fora naõ pode succeder tal dignidade.*

V. Preterea videtur, ne ipsas quidem filias Regis vltimi possessoris posse admitti ad horum successionem Regnorum: vt docet

textus in d. c. grandi, ibi. *si absque legitimo decederet filio*, quibus verbis significat Pontifex Infantem Alfonsum Comitem Boloniæ fore successurum Regi Sancio fratri suo, & si hic superstites filias relinqueret: nec potuisse aliter comitem à successione excludi, nisi per filium legitimum Regis fratris: quia verbum (*filho*) propriè non comprehendit filiam. l. cum in adoptiuis. §. quæ in filio. C. de adopt. ac ita docent multi quos laudat Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. gl. 9. nu 181. Quare iuxta regulam vulgarem, l. cum Prætor. ff. de iudic. c. nonne. de præsumpt. dum scilicet probat textus memoratum Infantem non fore successurum, si filius fratris superstes esset, videtur sentire successurum esse, quamquam superstite filia. Idemque colligitur ex testamento Regis Ioannis I. ibi, *ou outro algum de meus filhos por sua directa ordenança, &c.* quibus verbis vocantur ad successionem horum Regnorum filij & nepotes, quorum fit mentio, nulla tamen facta Infantis Elizabethæ quæ supererat, filiæ.

Hoc ipsum probari videtur exemplo Reginæ Castellæ Beatricis, quæ cum esset vnica filia Regis Fernandi Portugalliæ, non fuit vocata in successionem, imò mortuo Patre Regnum vacauit, & ea propter electus fuit Rex Ioannes I. vt constat ex Chronico. p. 1. c. 187. quod ipsum constat ex instrumento suæ electionis. VII.

Idem confirmatur ex ordinat. lib. 2. tit. 17. §. 1. & 3. per quem locum feminæ expresse à bonis Coronæ excluduntur, quamquam sint filiæ vltimi possessoris: Constat verò successionem eorum bonorum regulari successione ipsius Coronæ, quæ est ipsum Regnum, quemadmodum membra regulantur & conformantur cum suo capite. argum. c. cum non liceat. de præscript. Paulus Castrens. cons. 164. Abbas, & alij quos refert Antonius Cordub. l. si quis à liberis. §. idem rescriptum sit. nu. 136. ff. liber agnosc. Molin. lib. 1. c. 2. à nu. 16. Palaez. d. 2. p. qu. 6. nu. 3. Burgens. cons. 9. nu. 3. propè fin. & cons. 29. nu. 2. & 1. Quapropter cum constet Lege horum Regnorum excludi feminas à successione bonorum Coronæ, videtur ad Regni successionem vocari non posse. VIII.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Feminas admitti ad successionem horum Regnorum, certis argumentis probatur.

VIII. IHILOMINVS Baldus conf. 271. casus, lib. 1. & Costa de successione Regni, pag. 170. & seq. affirmant feminas non excludi à successione horum Regnorum. Quod ipsum probant ex iure in successione aliorum Regnorum Cynus in auth. post fratres. C. de leg. hæred. Ioannes Andreas, & alij in d. c. dilecti de arbitr. Et ibi Berous nu. 49. & nu. 50. Ancharran. Conf. 339. col. 3. & nu. 21. Bald. in l. in multis. ff. de statu hom. & alij quos allegat. & sequitur Burgus in d. Procemio. nu. 54. & in conf. 29. in princip. & ante illum Tiraq. d. q. 10. Boër. conf. 10. nu. 3. Gom. in l. Taur. 40. n. 8. Gregorius in l. 2. verbo. *la hija Maior.* tit. 15. part. 2. Mainer. in l. 2. nu. 17. & ibi Gagnolus, nu. 4. ff. de reg. iur. Costa vbi supra pag. 171. Vantius de nullitat. d. tit. ex defect. Iurisdict. de leg. nu. 93. Molin. lib. 3. c. 4. nu. 5. Perez. ad l. 1. tit. 2. lib. 5. ordin. pag. 115. col. 1. Palaez. d. q. 6. à nu. 2. & ita resoluit Iacobus Burticar. & cum illo Senatus nouendecim virorum literis & religione præstantium ex duobus & viginti qui super hac re in Aragonia sub Rege Petro IV. in Concilium sunt vocati, qui tamen post assiduum studium maturo iudicio statuerunt, posse feminas ex iure in successionem Regni vocari: autor est Zurita, lib. 8. Annal. c. 5.

IX. Probatur primò, quia successio horum Regnorum defertur iure hereditario, tanquam hæreditas Regis vltimi possessoris exceptis illis, quæ diximus supra qu. 1. nu. 43. & nu. 59. Constat verò feminas testamento, & ab intestato ad successiones hereditarias vocari, tum lege duodecim tabularum, tum iure nouo Imperatorum, quod hodiéque seruatur per quod derogatum est Iurisprudentiæ mediæ, quæ differentiam inducebat inter viros & feminas. l. lege duodecim Tabularum. C. de leg. hæred. auth. in successione C. de suis & leg. auth. defuncto. C. ad Senat. Consult. Tertull. L. maximum vitium. C. de liber præter. §. sed & quidem, instit. de exhęred. lib. §. item vetustas. instit. de hæred. quæ ab intest. §. cęterum. instit. de leg. agnat. success. auth.

de hæred. ab intest. venientib. §. si vero neque. collat. 9. & probat. l. 3. tit. 13. part. 6. & resoluunt Decius in d. l. femina. n. 92. Guliel. in c. Raynuntius. verbo. duas habens filias. n. 1. & ibi Couar. in princ. n. 22. vers. constat & seqq. & §. 2. Petrus Duen. reg. 309. limit. 10. Molin. lib. 3. c. 4. nu. 1. 2. & 3. Palaëz. vbi sup. p. 2. q. 6. n. 2. Piscina in disput. an statuta feminarum exclusiua. n. 4. Menchaç. de success. creat. §. 20. à n. 187. Corrasius lib 5. Miscel. c. 15. Rojas vbi sup. c. 3. à nu. 18. Ex quo sequitur cum nulla sit lex vel consuetudo in contrarium, posse feminas admitti ad successionem Regnorum iuxta regulas successionis hæreditariæ.

Confirmatur eo, quod feminę ingrediuntur successionem maioraruum, & bonorum, quæ dicuntur vinculata & iure sanguinis deferuntur in quibus succeditur primo Institutori, nisi peculiariter ab institutione excludantur, vt hac de re agens probat Paulus Castrens. d. cons. 164. n. 16. Couar. lib. 3. c. 5. n. 5. vers. rursus Burgens. in d. Procemio. à n. 66. & cons. 29. à n. 1. & n. 4. lib. 1. Molina, lib. 3. c. 4. n. 12. Perez in d. l. 1. p. 115. col. 1. in princip. Palaëz. d. q. 6. n. 2. Gregor. Lop. in d. l. 3. verbo mugeres. 8. tit. 13. p. 6. & in maioratib. & bonis vincularis huius Regni id probat l. 12. tit. 1. p. 6. extrauagant. quare licet successio horum Regnorum non deferretur iure hæreditario, sed iure sanguinis instar maioratus, ab ea non excluderentur feminæ, cum nulla sit aut Lex, aut consuetudo contraria. X.

Facit secundò pro hac parte magna multitudo textuum in quibus fit mentio feminarum quæ Reginæ & Comitissæ, & similis dignitatis fuerunt, vt probat c. ex parte tua, de priuil. c. ex parte 3. & c. seq. de verbor. signif. c. cum deuotissimam. cum seq. 7. q. 2. c. significauit. de rescript. cum aliis quæ citant Tiraq. d. q. 10. n. 2. Anto. Gom. in l. 40. Taur. n. 8. Burg. in d. Procemio. nu. 42. vers. contrariam, & alij, & lib. 3. Regum. c. 10. & Actorum. c. 4. mentio fit Reginarum, quæ propriè dominæ erant Regnorum, vt notat Tiraq. & alij vbi sup. n. 4. & multò melius probari potest textu in d. c. licet. de voto. ibi (sine prole decedere) quibus verbis significat Pontifex Ducem de quo agit, Andream successurum non esse in Regno Vngariæ Regi fratri suo, nisi in eo casu quo, sine filio aut filia decederet; quia etiam feminæ comprehenduntur eo verbo Prole. l. liberorum in fin. ff. de verb. signif. c. 1. vers. Prole. enim. de success. fratr. c. omnia itaque. 27. q. 2. c. vltim. de condit. appos. & ita decemit Paris. cons. 23. n. 26. lib. 1. Tiraq. & alij quos refert. Molin. lib. 3. c. 4. n. 10. XI.

Tertiò probatur, quia constat lege ac consuetudine antiqua XII.

feminas admitti ad successionem Regnorum Hispaniæ quod patet. l. antiqua facta tempore Regis Pelaij, de qua mentionem facit Lucas Tudens. & alij supra citati, qu. 1. num. 18. cuius verba refert Molin. in annor. in fin. libri maioratuum. num. 3. cuius autographum ait ostensum sibi fuisse ab insigni Doctore Couar. Verba autem potiora huiusmodi sunt, *eius Legibus se astringere vt si, &c. Si autem deest filius masculus, filia eius ordine prædicto assumatur in dominam.*

XIII. Ostenditur item, quod attinet ad filias Regis vltimi possessoris, l. 2. tit. 15. p. 2. ibi, *que se fijo baron hy no vuiesse, la fija maior heredasse el Reyno*, & ibi, *si dexasse fijo o fija de su muger, aquel ó aquella lo vuiesse*, l. 2. tit. 18. p. 3. ibi, *la fija maior y despues las otras, assy como diximos de los fijos.* Quoad alias autem feminas, quamquam non sint filiæ Regis, cui debet succedi probatur verbis generalibus. l. 9. tit. 1. part. 2. ibi, *con dueña que es heredera del Reyno*, & l. 4. tit. 4. p. 3. ibi, *Pero siendo siendo Reyna o Condessa, o otra dueña que heredasse Señorio de algun Reyno o de alguna tierra*, quas Leges obseruarunt Anton. Gom. Molin. Perez, Palaëz. Gregor. Lop. & Burg. citati supra nu 11.

XIV. Esse vero in Hispania morem receptum vt Regum filiæ vocarentur ad successionem Regnorum, probatur ex Historiis Hispaniæ, quibus constat Dominam Vrracam successisse patri suo Alfonso Imperatori Hispaniarum, in Regno Castellæ, & Legionis autore Garibai, lib. 11. c. 27. Rojas in Epitom. success. num. 36. & Burgus. in d. Procemio. num. 47. vers. Rursus. & in iisdem Regnis successit Ioanna Reginæ Isabellæ matri. Garibai, lib. 20. c. 1. Palaëz. d. quæst. 9. num. Rojas. vbi supra. & in Regno Nauarr. Ioanna vxor Philippi successit Regi Henrico patri. Garibai lib. 26. c. 1. Palat. de Iustitia & Iure obtinend. & retinend. Reg. Nauar. p. 6. §. 10. vers. itaque. & in eodem Regno successit Blanca Regi Catolo patri suo. Garibai, lib. 28. c. 1. & Eleonora Regi Ioanni II. Patri. Idem Garibai, lib. 29. c. 1.

XV. Constat antiqua consuetudine in Hispania vocari feminas in successionem Regum, quorum erant consanguineę transuersales, vti successit Ormisenda in Regno Ouiedi & Legionis Regi Fauillæ fratri. Chron. Hispania pag. 3. c. 4. Garibai lib. 9. c. 6. Burg. in d. vers. rursus. Infans Vzenda, vel Odisinda filia Regis Alfonsi I. Legionis, qui Catholicus dictus, successit in eo Regno Regi Aurelio fratri d. Chr. p. 3. c. 6. & 7. Garib. d. li. 9. c. 10. Regina Eluira, vel Nunia vxor Sancij Maioris

Regis Nauarræ successit in Regno Castellæ, quod tunc Comitatus erat, Infanti Garciæ fratri. d. Chron. p. 3. c. 23. Garibai, lib. 10. c. 20. Regina Sancia vxor Fernandi Magni successit in Regno Legionis Bermudo Regi fratri. Chron. p. 4. c. 1. in princ. iuncto c. vlt. in fine, & lib. 11. c. 1. Burgus vbi sup. Berenguella Alfonsi, filia Regis Alfonsi, quem à Nauas de Tolosa dixerunt successit Regno Castellæ Regi Henrico fratri Chron. pag. 4. c. 4. c. 11. iuncto c. 10. in princ. & c. 9. Garibai, lib. 12. c. 82. Burgus & Rojas vbi sup. Regina Isabella successit in Regnis Castellæ & Legionis fratri suo Henrico IV. Afflictis lib. 3. const. Rubrica 23. nu. 2. Burg. vbi supra n. 48. & seq. Rojas d. n. 36. Palaëz d. q. 26. nu. 2. Padilla ad tit. de Transl. in Præfatione ad Lectorem, Garibai, lib. 18. c. 1. Chron. Regum Catholicorum „c. 22. vbi multa referuntur exempla collecta ad refutandos quosdam, qui hac de re id temporis ambigebant. Quin etiam Ioanna Infans successit in Regno Nauarræ Carolo Regi Patruo. Garib. lib. 27. c. 1. quare meritò obseruat Zurita d. lib. 8. c. 5. Palaez. d. n. 2. & 6. & alij consuetudine recepta Hispaniæ, admitti feminas ad successionem Regnorum, quod item fit in Regno Angliæ, in quo Maria Eduardo VI. fratri successit. Histor. Pontificalis li. 6. in vita Iulij III. c. 28. §. 4. Imo & Regina Isabella, quæ modo regnat, eidem Mariæ sorori successit: narratúrque eodem. §. 4. Idem mos viget in Appulia. Burg. in d. Procemio d. vers. rursum, & aliis quamplurimis in Regnis vt obseruat Tiraquellus, d. quæst. 10. à nu. 4.

Hæc sententia fuit Regum & statuum Portugalliæ & Castellæ expressa in Contractibus, qui celebrati sunt circa connubium Infantis Beatricis filiæ Regis Fernandi Portugalliæ, cum Rege Castellæ Ioanne, in quibus ratum mansit, vt mortua Infante absque liberis, ei succederet in his Regnis quæcumque soror superstes, modo esset legitima filia Regis Fernandi, expressúmque est: vt dictus Rex Ferdinandus succederet in Regna Castellæ dicto Regi Ioanni, si nullos liberos superstites relinqueret. Patet ex Chronico dicti Regis Fernandi c. 46. itaque intellexerunt debere Infantem Regis Ioannis sororem eis succedere in Regnis Castellæ si ille liberis careret; quemadmodum Infante Beatrice sine liberis defuncta, erat ei qualibet soror in his Regnis Portugalliæ successura. XVI.

Hinc est, quod cum nulla sit Lex & consuetudo contraria possunt feminæ admitti ad successionem horum Regnorum XVII.

quæ Hispaniæ item sunt, & illorum vicina, in quibus mos est succedere feminas. argum. text. in c. cum olim. de consuet. cap. super eo & ibi. Gl. vlt. de censib. c. super eo & ibi Gl. pen. de cogn. spir. & quæ notant ibi Doctores, resoluuntque Paulus Castr. Cons. 159. col. 2. Aretin. Cons. 44. Ias. in l. de quibus nu. 6. ff. de leg. Rocha quem citat, & sequitur Burs. Cons. 46. nu. 33. lib. 1. Boër. Dec. 263. n. 9.

XVIII. Tandem specialiter in his Regnis, probatur feminas vocandas esse in illorum successionem, quia Regnum Portugalliæ datum fuit Comiti Henrico cum Therasia vxore pro se & successoribus, vt diximus q. 1. nu. 11. confirmatúmque est à Papa Alex. III. Regi Alfonso Henrico pro se ac hæredibus, vt suprà dictum qu. 1. nu. 13. Constátque secundum Ius verbum, successores, & verbum, hæredes, propriè comprehendere feminas. l. hæredis appellatio l. hæredis appellatione. ff. de verbor. signific. iuncta auth. in successione. C. de suis & legit. & auth. de hæredit. ab intest. venient. à princ. collar. 9. & notant Doctores per textum & gl. ibi in c. 1. de alienar. feud. Berous Cons. 93. vbi ait hanc esse communem opinionem. Alciatus in l. 1. ff. de verbor. signif. & post alios Aluar. Vaz qu. 41. nu. 2. Iul. Clarus verb. Emphyteusis, qu. 32. in princip. Burs. Cons. 80. nu. 7. & Cons. 112. nu. 24. lib. 1. & alij quos allegat Menoch. cons. 1. nu. 441. & nu. 444. lib. 1.

XIX. Ea propter Rex Alfonsus II. in suo testamento, quod seruatur in Turri de Tombo, lib. 4. Iur. Regal. à fol. 77. instituit hæredem huius Regni Eleonoram filiam his verbis, *Si filium masculum non habuero de Regina Dona Vraca, filia mea Dona Leonor, quam de ipsa Regina habeo, habeat Regnum.* Ac eodem testamento multis in locis constat posse feminas in hoc Regno succedere.

XX. Quod attinet ad Regnum Algarbiorum, idem constat: in donatione enim Regni huius facta ab Alfonso Sapiente Castellæ Rege Alfonso III. Comiti Boloniæ genero suo expressè declaratur, posse ad feminas deduci, pater ex Chronico dicti Regis Alfonsi III. c. 10. ibi, *fes doaçaõ aodito Dom Alfonso seu genro eao Infante Dom Dinis, seu filho, e aodos os filhos e filhas que dellas descendessem pera sempre.*

XXI. Et, vt de vtroque simul Regno loquamur, liquet ex additione testamenti Regis Dionysij, de quo supra à quo expressum est habiles esse feminas ad succedendum in eiusmodi Regna vt probatur ibi, *o qual nosso filho ou filha, que deuera ser nosso herdeiro*, ibi, *ou do qual nosso filho ou filha, que for nosso herdeiro*, & in aliis locis dictæ additionis.

Ex Chro-

Ex Chronico Regis Ferdinandi Portugalliæ, c. 95. Constat XXII.
in Contractibus, qui celebrati sunt circa connubium Beatricis filiæ eiusdem Regis cum Federico filio Regis Henrici Castellæ, decretum in Comitiis fuisse illam mortuo Rege Patre, nullo superstite filio in his Regnis successuram, præstito in tem hanc solemni iuramento; quoniam vero connubium irritum mansit in Contractib. initis post connubium eiusdem Beatricis cum Ioanne Regis Castellæ, statutum fuit vt defuncto Rege Fetnando sine liberis ad eandem Beatricem rediret successio, ita Chron. c. 146. quod etiam præstito à populis iuramento constat iuxta Chro. c. 159. decretum est item, vt defuncta Beatrice sine liberis, Regna ad aliam filiam legitimam Regis Fernandi deuoluerentur. ita. d. c. 146. Qui contractus quod facti sint à supremo Principe, vim & præiudicium legis habent. l. penult. C. de donat. intervivos. ibi, *vt pote Imperialibus contractibus Legis vicem obtinentibus.* Bart. in l. Cæsar. ff. de public. vbi Paulus. nu. 6. Ias. in l. ciuitas. nu. 5. ff. si cert. pet. Dec. cons. 689. Afflict. Dec. 296. nu. 14. Costa de success. Regn. pag. 69. & in l. qui duos. ff. cum in bello schol. vlt. n. 13. ff. de rebus dub. Soar. alleg. 9. nu. 13. & hanc dicit esse communem opinionem Menchac. illustr. c. 3. nu. 5. & quamquam mortuo Rege Fetnando, ij contractus effectu caruerunt, non ideò Beatrix Regno caruit, quod esset femina, sed ob alias rationes quæ infra dicentur, nu. 40. quæ populos coëgerunt vt Ioannem I. Regem crearent.

De ambobus simul Regnis idem ostenditur, literis Regis XXIII.
Alfonsi V. missis ad status Regni, de quibus supra, qu. 1. n. 42. in quibus modum expressit, quo successio in his Regnis fieri deberet: vbi sic: *Se em algum tempo acontecer (o que Deos naõ mande) que o Principe meu sobre todos muito amado e prezado filho faleça antes de meu passamento deste mundo e delle fiquem filhos ou filha legitimamente nascidos, que aquelles ou aquella herde os ditos meus Reynos de Portugal, e dos Algarues & naõ outro algum meu filho, ou filha.*

Quam expositionem Rex facere potest, quia prætetquam XXIV.
quod sit conformis iuri communi & legibus, & moribus Hispaniæ, & institutioni Regnorum & testamentorum Regis Alfonsi II. & Regis Dionysij est iuxtà statuta contractuum initorum in connubio Beatricis Infantis, vt supra ostensum est: num. 9. cum sequ. ad illum enim pertinebat declarare quisnam sibi mortuo successurus esset secundum doctrinam Baldi in proœmio decreta. col. 2. receptam à Mart. Laudensi de princ. quæst. 418. Oldrad. Cons. 94. in princ. & col. 3. Soar.

Digitized by Google

lege. quoniam in prioribus. limit.11.ad leg. Regn. dub. 2. n. 22. Anto. à Gama decis. 307. n. 24. vbi agit de hac ipsa expositione facta à Rege Alfonso V. cui similem aliam fecit Alfonsus II. Rex Ouiedi & Legionis in fauorem Infantis Ramiri nepotis. Garibai. lib. 9. c. 16. pag. 428. quæ declarationes Regum, quamquam Epistolis contineantur, instar legum esse debent iuxta Legem 1. ibi, siue per Epistolam. ff. de const. princ. lege item veniunt. §. penultimo. ff. de pet. hæred. & ibi notat Ang. laud. de princ. quæst. 58. & cum aliis rebus in Compendio alienar. nu. 43. & sic procedit. l. si Imperialis. in princ. C. de leg. sed & quod principi. inst. de iure naturali. Ord. lib. 2. tit. 5. §. penultimo.

ARTICVLVS TERTIVS.

Conclusio Quæstionis, & ad Argumenta opposita responsio.

XXVI. RIMVM aduertendum est non disputari: vtrum feminę in eorum successione Regnorum viros, aut aliquando præcedant, aut ab illis semper excludantur; nam hæc quæstio non est huius loci, sed solum tractari, an sint habiles &. capaces ad succedendum in hæc Regna, & ad illa vocari possint: tum iure communi, & iuxta opiniones Doctorum communiter receptas, quibus hoc Regnum gubernari solet. Ordi. d. tit. 5. §. 1. tum lege l. & consuet. Regnorum Hispanię: tum declaratione multorum Regum, iuxta sup. d. à n. 8. Vnde constat errasse Rojas in epito. c. 3. n. 36. ad fin. asserens minimè constare: an possint feminæ succedere: quod non auderet affirmare si huiusmodi argumenta expenderet. Nunc argumentis respondeamus. Primum adductum. nu. 1. soluitur dicendo regulam dictæ. l. feminæ, & aliorum textuum similium, tantum procedere in officiis, iurisdictionibus, & administrationibus publicis, in quibus non succeditur iure hæreditario; quia huiusmodi munera non possunt obire feminæ iuxta dictas Leges: quæ non habent locum in dignitatibus, magistratibus, & administrationibus publicis, quæ deferuntur iure hæreditario, quia hęc possunt obire feminæ, & exercere totam iurisdictionem, vt docet Angel. in dicto lege feminæ. & ibi Dec. num. 3. Mayner. lib. 4. & 17.

& Gagnol. nu. 4. Alex. Conſ. 1. col. 6. lib. 5. Ioannes Le Cirier, lib. 1. de primog. qu. 19. nu. 6. & Doctores communiter in d. c. dilecti. & ibi Bern. nu. 49. cum ſeq. de arbitr. Bald. in l. in multis. ff. de ſtat. homin. Vant. vbi ſuprà d. tit. ex defect. Iuriſd. de leg. nu. 73. Burg. in d. Proœmia. nu. 67. vbi nu. 48. enumerat plurimos Comitatus, Ducatus, & ſtatus huiuſmodi in quos feminæ ſuccedunt, & ante illum idem fecit Chaſſe in Conſuet. Burg. rubr. 3. §. 5. Gl. 1. à nu. 42. & Carol. de Graſſal. d. lib. 1. iure. 17. verſ. 1. de Ducat. cum ſeq. & probat textus in c. ſignific. de reſcript. dum ait, Feminam poſſe via ſucceſſionis Comitatum poſſidere, & clarius probat. l. 4. tit. 4. p. 3. ibi, *Pero ſiendo Reyna, o Condeſſa, o otra dueña que heredaſſe Senhorio de algun Reyno o de alguna tierra, tal muger como eſta bien lo puede fazer por honra del lugar que tuiueſſe.* Quam Legem allegat. & expendit Burgus, nu. 93. quare & ſi dignitas regia fons ſit totius Iuriſdictionis, & adminiſtrationis Reipublicæ, non inde ſequitur ab ea feminas excluſum iri, cum deferatur iure hæreditario de quo ſup. nu. 1. qui argum. d. l. feminæ affirmarunt eas in terminis Iuris ad dignitatem regiam non vocari.

Videmus item excludi Clericos ab officiis publicis, & amoueri à iuriſdictione, vel adminiſtratione ſecularis Reipublicæ. c. 1. per totum: ne Clerici, vel Monachi. auth. de ſanctiſſim. Epiſcop. §. ſed neque: collat. 9. & obſeruant Ioan. de Plat. in l. colonos nulla. C. de agric. & cenſ. lib. 11. Perez ad l. 12. tit. 3. lib. 1. ordin. Chaſſ. in conſuet. Burg. rubr. 3. §. 6. col. 2. Cum tamen poſſint ex iure ſuccedere in Maioratibus & Dignitatibus ſecularibus, licet habeant annexam Iuriſdictionem, & adminiſtrationem publicam, textu in c. inter dilectos. verſ. 1. de fide inſtr. & ibi Abbas nu. 2. & 5. Fel. 3. & notant Doctores ad textum: ibi, in c. vltim. nec Clerici, nec Monachi. in 6. Tiraq. de iur. primog. qu. 44. à nu. 6. Molin. lib. 1. c. 13. nu. 97. Palaëz pag. 2. q. 3. n. 34. & ſpecialiter poſſunt Clerici ſuccedere in Regna iuxta Albericum in auth. ingreſſi. col. pen. C. de Sacroſ. Bald. & Pyrrhus qui eum citat poſt conſuetudin. Aurelia. c. de Leg. Salic. & Regni ſucceſſione, verſ. nonò facit. Grego. Lop. in l. 2. verb. *ſiendo homem para ello.* col. 2. tit. 15. part. 2. eſtque communis opinio iuxta. Gom. in d. l. 40. Taur. nu. 66. in fin. ac ita legimus Colomanum Epiſcopum ſucceſſiſſe Ladiſlao Patruo in Regno Vngariæ, quemadmodum poſt Michaëlem Riccium refert. Tiraq. de Iur. primog. in Præfat. n. 6. in Regno autem Ouiedi, & Legionis ſucceſſit Bermudus Dia- XXVII.

Digitized by Google

conus Regi Mautegato Parruo, autore Garibai. lib. 9. c. 3. Regi autem Sebaſtiano ſucceſſit Henricus Cardinalis patruus; & ſi ſpeciali conſuetudine feudorum non poſſint Clerici ſuccedere. c. 1. §. qui Clericus ſi de feudo fuerit controuerſia. c. 1. de vaſal. mil. qui arm. bellic. c. 1. verſ. ex hoc de feud. femin. Et ita probat. l. 6. tit. 26. part. 4. vbi Gregor. Lopes verbo *tal Clerigo*, & latè Duen. reg. 103. Iacob. Menoch. d. caſ. 231. à princip. Iul. Clatius verbo feudum. qu. 78. nu. 4. & 5. lege Mentali huius Regni in maioratus, & bona coronæ citra licentiam Regis ſuccedere non poſſunt. Ordin. lib. 2. tit. 17. §. 8. & ita notat Coſt. de ſucceſſ. Regni, pag. 64.

XXVIII. Dictis nu. 2. Reſpondetur, his nonobſtantibus multas eſſe feminas, omnibus illis virtutibus præditas: vt videre eſt apud Gulielm. Bened. in d. c. Rainunrius verbo duas habens filias. à nu. 5. Caſſan. in Catalog. gloriæ mundi. 2. p Conſid. 8. cum ſeq. Tiraq. ad l. 11. Conub. à princip. frater Bernard. Buſti & Ioan. de Neuiz. allegati à Burgos, in d. Proœmio nu. 47. & alij quos refert Petrus Duen. reg. 208. quæ virtures plerúmque reperiuntur in feminis Regiæ domus, tum propter ſanguinem quem trahunt, tum propter educationem, & exempla domeſtica: iuxta Leges integri tituli 7. p. 2. & ſcripta à Tiraq. in d. l. 7. connub. à princip.

XXIX. Et ſi vero Leges propoſitæ. num. 2. nixæ præſumptionibus contra feminas generatim, multa eis vetuerint, eiuſmodi tamen ſunt, vt aut in fauorem feminarum latæ ſint, aut certè in minimum earum præiudicium cedant; itaque non poteſt ex iis deduci, ſi Regiæ ſint: nam tum ceſſat præſumptio non poſſe admitti ad ſucceſſionem Regni, & aliarum dignitatum ad quas ius habent cum deferantur, iure hæreditario, magnum enim illis damnum inferretur, iretur que contra regulam. l. at ſi quis. verſ. Diuus. ff. de Relig. & ſumpt. fun. Cum præſertim Leges & conſuetudo illis faueant, vt ſup. à nu. 12. probauimus.

XXX. Iam verò appoſitis. n. 3. reſpondetur, concedendo poſſe interdum illa damna oriri ex connubiis cum perſonis indignis: ſed neque hoc præſumi debet. l. merito. ff. pro ſocio, iuxta Ancharran. Conſ. 339. nu. 21. nec iuſtum eſt, vt vitetur inconueniens aliud maius admitti priuando feminas iure ſuccedendi. Argum. text. in l. illud verſ. nec enim, ibi. *aut propter metum huius periculi ius ſuum relinquere.* ff. de petend. hæred. l. quemadmodum. §. 1. verſ. plane. ff. ad leg. Aquil. ibi, *cum incertum fuerit an caperentur*, quia ſunt alia remedia quibus vitari poſſunt

eiusmodi connubia, statuendo, ne femina in Regnum successura sine consilio magnatum cuiquam in matrimonium collocetur, quod & factum est sub Rege Pelayo. l. illa de qua sup. n. 12. Patetque ex his verbis, *& illa magnatorum Gothorum prouidentia de nobilioribus Gothis accipiat virum.*

Secundo Argumento ducto ex verbis instrumenti Conimbricæ facti, de quo suprà nu. 4. respondetur, non excludi illis verbis feminas transuersales, neque hanc mentem populi fuisse; cum constet tum lege, tum consuetudine Hispaniæ locum semper habuisse feminas in successione Regnorum, & si transuersales essent, vt dictum suprà à nu. 12. Quare alienum est & absurdum velle aliter illa verba interpretari, cum Legibus & consuetudine Hispaniæ admitti feminas constet: vnde contrarium probari non potest. l. nam absurdum. ff. de bon. liber. conuincitur ergo clarius non eam fuisse mentem populi in illis verbis, quia in alio exemplari eiusdem instrumenti Latino quod seruatur, lib. 4. iurium regalium. fol. 1. sic ait. *Maximè cum talis attinentia consanguinitatis, qualis inter eosdem Ioannem Henrici & Dominum Ferdinandum erat, ex feminino procederet sexu, quia secundum bonam consuetudinem Hispaniarum in successione talis dignitatis Regalis non habet locum.* XXXI.

Quod si mens populi esset feminas collaterales excludere illorum vi verborum Lusitani exemplaris, eodem modo dicendum erat de verbis exemplaris Latini, hæc enim exprimunt femineum sexum, & sunt generalia sine restrictione: at indubitatum est filias & descendentes Regum, posse in Regnis succedere iuxta Leges & consuetudinem Hispaniæ, vt habetur sup. à nu. 13. & seq. Quare dici non potest excludi feminas verbis exemplaris Lusitani. XXXII.

Mens igitur populi fuit excludere à successione Regni consanguineos collaterales Regis vltimi possessoris non descendentes ex sanguine Regio: qua in re notandum est Regem Fernandum esse filium Constantiæ vxoris Regis Petri patris sui, dictum vero Regem Ioannem Henriquez Castellæ de quo agitur in huiusmodi instrumento esse filium Ioannæ vxoris Henrici patris sui, quæ duæ erant sorores filiæ domini Ioannis Emanuël, atque adeo Reges Fernandum & Ioannem esse consobrinos: quod patet ex Chronico Regis Fernandi, c. 111. & ex Chronico Ioannis I. pag. 1. c. 170. Et ex dicto instrumento vers. Outrosy. Et hæc est attinentia consanguinitatis de qua dicitur in exemplari Latino esse inter eosdem Ioannem Hen- XXXIII.

rici, &c. Et illud quod procedebat (ex feminino sexu) & hoc ipsum est O *diuido*, quod habetur in exemplari Lusitano quo Ioannes Henriquez coniunctus erat cum Fernando, ex parte feminarum, respiciendo ad id quod supra dixerat in vers. *Outrosy*.

XXXIV. Hoc statuto, mens populorum fuit decernere Regem Castellæ Ioannem non debere Regi Fernando succedere, & si eius consobrinus esset, quia hæc propinquitas, matrum interuentu contracta erat, qua ratione successor esse non poterat in eo Regno, in quo non succedunt, nisi descendentes à primis Regibus, iuxta supra dicta, qu. 1. nu. 18. & nu. vltim. in dicto autem instrumenro neutiquam agebatur, an illæ sorores descenderent ex primis Regibus Portugalliæ, vt ostenditur ex vers. *Outrosy*, itaque secundum hanc mentem populorum, verba instrumenti accipi debent.

XXXV. Patet quia cum dixissent Ioannem Regem non posse succedere Regi Ferdinando ob causas, quas supra idem instrumentum retulerat, addiderunt, *Maximè cum talis propinquitas per feminas contracta sit, quæ lege & consuetudine Hispaniæ, nisi filiæ sint, non possunt succedere in talem dignitatem*, vbi notandum est non loqui de qualibet propinquitate contracta per mulieres, sed de illa quæ inter eos Reges erat, de quibus non constabat, an descenderent exprimis Regibus Portugalliæ, atque adeò illa verba. *L. & consuetudine Hispaniæ nisi sint filiæ non possunt succedere*. Perinde sunt, ac si dicerent non posse aliquem propinquum Regis vltimi possessoris extra domum Regiam succedere in Regiam dignitatem, accipiendo verbum *liberis*, pro descendentibus: iuxta. l. liberorum. vers. filij. ff. de verbor. signif. Gl. in c. 1. verbo reuertitur. in fin. de alien. feud. Gregor. Lop. verbo *sus nietos*. in l. 68. tit. 18. p. 3.

XXXVI. Et quamquam iuxta hunc sensum idem dicendum erat de contracta affinitate alia via, quæ non esset ex sexu feminino, sed ex masculino, quin tamen à Regibus Portugalliæ descenderet, mentio tamen fit sexus feminini, & propinquitatis hac ratione contractæ; quia verè Reges hac via consanguinei erant, & de hoc quidem actum est, atque adeo de his terminis consanguinitatis locuti sunt Populi. Vnde constat non excludi feminas collaterales venientes à Regia domo, sed eas tantum personas excludi, quæ non descendunt à Regibus. Et ita intelligendum est dictum instrumentum, quod quia antiquum est obscurius loquitur: nam aliter sequeretur absurdum supra propositum. nu. 31. quod populi citarent Leges, & consuetudinem

Hispaniæ, quæ nusquam erat, cum tamen essent leges, & consuetudo in contrarium. Quare cum de mente eorum constet, debent verba illi accommodari. l. non aliter. ff. de leg. 3. l. si vno, in princip. ff. de locat.

Tertium argumentum ductum ex c. grandi. ibi, (si absque legitimo decederet filio) soluitur dicendo vocabulum, *filio*, secundum ius & opiniones communes comprehendere item filiam, quando contrarium non constat, aut ex re de qua agitur, aut ex mente disponentis: iuxta reg. l. qui duos. ff. de leg. 3. ibi, *Semper sexus masculinus femininum continet.* L. si ita scriptum. ff. de leg. 2. vbi gl. & Doctores notarunt. L. si quis ita dederit. ff. de testam. tut. Ancharran. Cons. 112. nu. 2. cum aliis quos citat Tiraq. de Retract. tit. 1. §. 1. gl. 9. nu. 222. & 226. cum seqq. vbi n. 205. affert plures, qui aiunt communem esse sententiam rebus in omnibus posse filiis, & filiabus conuenire, cum sint indifferentes. Itaque verbo, *filio*, venit etiam, *filia*, Ancharranus cons. 339. nu. 2. Et idem post alios tradit Pinel. in l. 3. n. 33. C. de bon. mater. Aluar. Vas lib. 1. qu. 41. n. 2. Menoch. de adipis. rem. 4. n. 61. Anton. Gabr. lib. 6. commu. tit. de verbor. signif. concl. 6. Bursat. cons. 64. à nu. 9. lib. 1. Anton. à Gama decis. 337. n. 5. & 9. cum seq. & expresse probat. ord. lib. 4. tit. 63. §. *E Sendo*, ibi, *pera hum filho*, & ibi, *podera nomear hum de seus filhos ou filhas qual quizer*, vt aduertunt Pinel. & Aluar. Vaz nu. 2. Quod attinet ad textum. d. l. cum adoptiuis, & alios qui afferuntur ad probandum verbum, *filium*, non comprehendere propriè filiam, sed tantùm per extensionem respondetur eam extensionem factam esse per legem conformem iuri: quod satis est vt verbis. c. grandi. filia item comprehendatur, quandoquidem res est non odiosa, sed fauorabilis quæ ampliari debet: iuxta regulam. l. cum quidam. ff. de liber. & posth. & c. odia. de regul. iur. in 6. XXXVII.

Præterea Pontifex in d. c. grandi vsus est verbo *filio*, quia filius in successione Regni primum sibi locum vendicat, filia vero & si capax & habilis sit ad succedendum, nisi in defectum filij non succedit: arg. l. vltim. ff. de fidei instr. qua de re inf. XXXVIII

Eodem modo intelligitur tenor testamenti Regis Ioannis I. relati. n. 5. quia illis verbis, *algum de meus filhos per sua direita ordenança*; comprehendebatur etiam Infans Isabella filia eiusdem Ioannis *per sua directa ordenança*, id est, recta via in defectum filiorum & nepotum eiusdem Regis. XXXIX.

Exemplo Reginæ Castellæ Beatricis filiæ Regis Fernandi XL.

adducto nu. *6*. Respondetur eam non fuisse exclusam quod femina esset, neque idcirco Regna vacasse: imò constat iuratam fuisse hæredem dicti Regis Fernandi, vt diximus nu. 24. Exclusam tamen fuisse, quod non erat filia legitima dicti Regis & quia schismatica, & quia contractus iurati in eius connubio facti rupti sunt, vt patet ex Chronico Regis Ioannis I. á c. 180. & dicto instrumento, verf. *Pero nos fusoditos*: Ex quo constat sæpè significasse populos, non ideò excludendam esse Beatricem quod esset femina, sed alias ob causas, teste Bald. conf. 271. cas. lib. 1. & post illum Costa, pag. 171.

XLI. Argumento ex Ord. lib. 2. tit. 17. de quo nu. 7. Respondetur loqui specialiter de bonis Coronæ à quorum successione feminæ excluduntur lege mentali, quæ non habet locum in successione eiusdem Coronæ, secundum dicta suprà qu. 1. nu. 57. Quod spectat ad doctrinam Pauli de Castr. conf. 164. dicitur nihil aduersus nos concludere, quia Paulus non ait successionem Regni regulandam esse per successionem maioratuum illius, imò contra affirmat successionem maioratuum regulandam esse per successionem Regni, in quo sunt, quod verum est in iure communi, per regulam dicti capitis, cum non liceat. de præscript. Vnde probatur in iure posse feminas succedere in maioratibus & bonis Coronæ huius Regni quemadmodum possent succedere in eadem Corona iuxta doctrinam Pauli nisi contrarium in maioratibus bonorum Coronę Lex mentalis disponeret de quo Ordin. d. tit. 17.

Ex his concluditur vt quæstioni propositæ satisfiat.

CONCLVSIO.

FEMINÆ capaces sunt successionis horum Regnorum.

QVÆSTIO



QVÆSTIO TERTIA.

VTRVM BENEFICIVM REPRÆSENTATIONIS IN SVCCESSIONE horum Regnorum locum habeat.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quædam Argumenta, quæ videntur probare locum non esse repræsentationi, adducuntur.

SVADETVR PRIMO HÆC PARS; Quia beneficium repræsentationis locum non habet in successione maioratuum & bonorum vinculatorum vt deferantur propinquiori certæ familiæ, iuxt. text. in l. tutela. §. si duo. ff. de leg. tut. & in l. si libertus præterito. §. primo. ff. de bon. lib. Nicol. de Materel. in l. vltim. C. de oper. liber, & alios quos citant. Costa de success. Regn. pag. 33. in fin. cum seq. Tiraq. de iur. primog. qu. 40. à nu. 152. Aluar. Vaz. lib. 1. iur. emph. qu. 50. à nu. 30. Molin. lib. 3. c. 6. nu. 40. & c. 8. nu. 11. & idem docent in successione fideicommissorum Bald. Cuma, & alij in l. cum ita. §. in fideicommiss. ff. de leg. t. 2. quam opinionem vocat communem Aluar. Vaz vbi sup. à nu. 32. vers. sed hoc & Ant. Gam. Decis. 59. nu. 3. contra gl. verbo proximo in d. §. in fideicommiss. & constat, tum hæc Regna, tum quælibet alia communiter habere naturam maioratus, & bonorum quæ vinculata instituta sunt vt deferantur ad propinquiorem familiæ Regiæ, vt probatur text. in c. licet de voto. d. c. grandi de suppl. neglig. in 6. iuncto. c. intellecto. de iur. iur. & supra dictis, q. 1. nu. 18. & consequenter videtur in successione horum Regnorum locum non esse repræsentationi. I.

II. Accedit quod Regna deferuntur per concessionem populorum, à quibus translata est potestas propria in primos Reges ac eorum posteritatem. l. 1. ff. de constit. ibi, *populus ei & in eum omne suum imperium, & potestatem contulit*, dictumque est. q. 1. nu. 18. Liquet autem beneficio repræsentationis non esse locum in successione rerum, quæ habentur ex concessione Dominica, vt docet Bart. in auth. post Fratres. 2. C. de leg. hæred. quem sequuntur Fulgos. Paul. & Corneus ibi Cumanus in d. §. in fideicommisso in fin. & alij quos ref. Aluar. Vaz, vbi sup. nu. 13. & nu. 12. vers. postremo Molin. lib. 3. c. 7. nu. 12. & 13.

III. Secundò videtur hoc ipsum statui per Leges horum Regnorum. Quia Ordin. lib. 2. tit. 17. §. 1. agendo de successione in bona Coronæ, ait per mortem ultimi possessoris successurum esse semper, superstitem filium natum maiorem; quo excluditur nepos qui deberet succedere, si ius repręsentationis locum haberet: vt exponunt Costa, vbi supra à pag. 29. & pag. 37. & 164. in princ. & Aluar. Vaz. d. qu. 50. n. 13. Gam. Decis. 174. nu. 2. idem disponit Ordin. lib. 4. tit. 62. §. 3. vt si per mortem obligati ad pensionem filius aut filia maneat, non succedat in emphyteusim nepos, aut neptis, quamquam sint filij filij natu maioris, & ita excludit manifestè beneficium repręsentationis, ratione cuius nepos aut neptis præferri debebant aliis filiis vltimi possessoris emphyteusis, vt ex dictis ordin. notarunt Costa supra pag. 173. verbo diuersum. Aluar. Vaz. d. qu. 50. nu. 5. in fin. cum seq. Anton. Gam. Decis. 3? 7. nu. 24. Et tandem Lex 13. tit. 1. in 6. p. extrauag. disponit, vt in maioratibus & bonis vinculatis cuiusque generis succedat semper consanguineus propinquior vltimo possessori, atque adeo admittit filium vel fratrem defuncti tanquam propinquiorem, & excludit nepotem vel sobrinum remotum denegans ei beneficium repræsentationis, ratione cuius pręferri poterat, vt ex dicta extrauagante notarunt Costa vbi supra pag. 131. Anton. Gam. Decis. 307. nu. 4. & Decis. 385. nu. 3. Aluar. Vaz vbi supra n. 34. ante fin. atque ita iudicatum est sæpè in hoc Regno, non esse scilicet locum repræsentationi in maioratibus bonorum Coronæ, nec in patrimonialibus teste. Gam. d. Decis. 307. nu. 2. & 3. & 24. cum seq. & de Decis. 174. nu. 2. 9. & 11. cum seq. vbi ait, ita respondisse Emanuël Regem, & d. Decis. 385. nu. 3. Quare videtur repręsentationem non habere vim in successione eorum Regnorum, cum iis tanquam capitibus spectari debeant maioratus argu. c. cum non liceat. de pręscr. & ex dictis sup. q. 2. n. 7.

Tertiò probatur, quia beneficium repræſentatiouis eſt priuilegium conceſſum contra regulas ordinarias iuris. textu in auth. de hæredit. ab inteſt. venient. §. ſi igitur. 2. verſ. huiuſmodi autem priuilegio. & in §. ſi autem cum fratribus: *ibi, tale Priuilegium dedimus*, collat. 9. vt notauit poſt alios quos citat Aluar. Vaz qu. 50. num. 4. & nu. 6. verſ. & cum ius. & Anton. Gam. Deciſ. 174. num. 15. Deinde repræſentatio eſt fictio Legis per quam contra veritatem fingitur filium eſſe in loco patris, ac cum illo eandem eſſe perſonam, vt docent Bald. in d. l. de tutela. §. 1. in fin. Tiraq. de iur. primog. qu. 40. nu. 134. & nu. 228. Couarr. pract. 38. nu. 4. verſ. 3. ad intellectum. Aluar. Vaz d. verſ. & cum ius. Anton. Gam. Deciſ. 59. nu. 3. Atque adeò cum ſit priuilegium & fictio locum non habet, niſi in caſibus, in quibus expreſsè admittitur à iure l. quod vero. l. ius ſingulare. ff. de leg. l. 1. in fin. ff. Conſtit. princ. c. ſane de priuileg. Bald. in l. 1. in princ. C. de leg. Iaſ. in l. non tantum. vbi Alex. in princ. ff. de re iudic. Corſer. ſing. extenſo incip. diſpoſit. col. 2. Rocha de iure patr. verb. ipſe vel is, nu. 81. cum ſeq. l. lex Cornelia. iuncta Gloſſ. verbo. non exiſtimo. ff. de vulg. l. pater inſtituto. §. vltimo, & ibi Doctores. ff. de captiu. ſic Alex. conſ. 10. n. 5. lib. 1. Chaſſen. in Conſuet. Burg. rubr. 7. §. 4. Gl. 3. num. 8. Probat expreſsè textus d. verſ. huiuſmodi. ibi (nulli alij) vbi id notauit Gl. & apparet dictum beneficium repræſentationis non eſſe inductum ſpecialiter, niſi in ſucceſſione hæreditatum. §. cum filius inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. & d. auth. de hæred. ab inteſt. venient. §. 1. & in ſucceſſione feudorum, licèt non ſint hæreditaria. c. 1. §. his verò de ſucceſſ. fratr. c. 1. in princ. Et ibi Gl. verbo ſolus, de natur. ſucceſſ. feud. Ex quibus text. ita reſoluunt Nicol. in d. l. vltim. & alij quos refert & ſequitur Coſta vbi ſuprà, & pag. 184. vbi ait hanc eſſe communem opinionem, Aluar. Vaz. d. qu. 50. nu. 4. & 7. Molin. lib. 3. c. 6. num. 47. poſt Præpoſitum in c. 1. nu. 10. verſ. Decimonono de feudis March. & alij quos allegat. Tiraq. de iure primog. qu. 40. nu. 20. Quapropter cum huiuſmodi Regna feuda non ſint, vt patet, & probatum eſt ſupra qu. 1. n. 53. nec illorum ſucceſſio deferatur in omnibus tanquam hæreditas propria, vt dictum ſupra qu. 1. à nu. 43. videtur in d. ſucceſſione non poſſe habere locum beneficium repræſentationis. Confirmatur, quia ſecundum Ius; quod generaliter diſponitur in quacumque V.

materia exorbitante, & contra regulas generales non comprehendit casus & species determinatas, c. statutum de electione in 6. resoluunt Abbas in c. bonæ 1. not. 1. de postular. Prælatorum, & in rub. col. 2. de Vita & Honore, & communiter Doctores iuxta Decium in c. 2. col. 2. de Præbend. Tiraquellus de Iure mariti, Gl. 5. nu. 71. quare beneficium repræsentationis etsi generaliter inductum sit in hæreditatibus, quod sit exorbitans, & contra regulas generales non debet comprehendere successionem Regnorum, quæ est species hæreditatis determinatæ, vt probatur per multas proprietates diuer-
VI. sas ab hæreditaribus ordinariis, vt sup. dictum est. quæst. 1. num. 31.

Quartò, beneficium repræsentationis, præterquam quod conferatur per priuilegium & fictionem, solum fuit inuentum per Leges, vt nepos, aut sobrinus defuncti, qui erat in gradu remotiori, repræsentando personam patris, æquaret Patruum, qui habebat primum locum successionis, vt cum illo concurreret & ambo succederent in hæreditatem aui, aut patrui defuncti diuidendo eam inter se æqualiter, vt constat ex textu in d. §. cum filius. ibi, *pariter ad hæreditatem aui vocantur.* dicta auth. de hæredi ab inrest. in principio, ibi, *cum filiis & filiabus*, &c. *nepotes vocari sancimus*, l. vt intestato. C. de suis & legitimis, ibi pariter succedant. Nec inuenitur in iure tale beneficium concedi nepoti, aut sobrino in effectum successionis in hæreditatem defuncti, excluso patruo, vt notant Cynus, & Salicetus in l. si viua. C. de bon. mat. & parer nam inducta repræsentatione solus nepos, aut sobrinus Regis defuncti ei succederet excludendo protsus patruum à successione Regni, quod inter eos diuidi non potest, & necessariò vni tantum deferri deber. c. Imperialem. §. præterea ducatus. de prohibitione feudi alienandi per Federicum & probatum sup. qu. 1. à nu. 31. quare videtur repræsentationem in horum successione Regnorum
VII. locum non habere.

Præcipuè quia istud beneficium repræsentationis fundatur in æquitate, vt probat textus in d. §. cum filius. ibi, *æquum enim.* l. 1. §. si filius. ibi quod naturali æquitate contingit. (ff. de suis) & legit. & post Fortuni notat Costa, vbi supra pag. 152. vers. nec retrahere. Cumque sit receptum in omnibus fictionibus, quas ius non inuexit nisi ob defectum æquitatis vt æquitas fieret, atque adeò cessante æquitate cessat fictio. l. post

liminium in princip. ff. de captiu. l. nec vtilem. ff. ex quibus cauſ. maior. l. qui vtero. ff. de ſtat. hom. reſoluit Tiraq. poſt multos in tract. ceſſante cauſa, prima p. num. 110. & ſpeciatim de repræſent. d. quæſt. 40. num. 218. & videtur eſſe non poſſe æquitatem conſiderabilem ad admittendam repræſentationem in ſucceſſione Regni, imo videtur fore contra omnem æquitatem admitti, cum vi illius nepos aut ſobrinus patruum prorſus excludat à ſucceſſione Regis defuncti qui eſt propinquior, & cui ſucceſſio debita erat per regl. iur. ſine aliquo priuilegio ſpeciali. Itaque cum Regnum diuidi nequeat, & vni tantùm ſit, deferendum æquius videtur vt in eo ſuccederet ſolus filius aut frater defuncti, pro quo ſtant Leges, non admiſſa repræſentatione, quam ea data patruum excludere, vt ſuccedat nepos qui contra regl. iuris ſolum nititur priuilegio repræſentationis arg. l. eius militis. §. militia. ff. de militar. teſtam. iuncta Gl. verbo quocumque modo. & textu in auth. de non alienand. §. quia vero ſimile. in fin. & iuxta id quod tradunt Doctores in diuerſis locis citati à Tiraq. de cauſ. ceſſ. limit. 11. num. 4. Pinel. in l. 2. C. de reſcind. vend. p. 3. c. 1. nu. 15. Molin. lib. 4. c. 3. nu. 9.

VIII. Tandem oſtenditur hæc pars nobili exemplo. Quia orta lite, ſuper Regno Siciliæ per mortem Caroli II. inter Robertum Regem Siciliæ, & Carolum Regem Hungariæ eius nepotem filium Caroli Martelli Regis item Hungariæ patris natu maioris; Papa Bonifacius VIII. cum Concilio Cardinalium Regnum adiudicauit Roberto, atque ita pronunciauit in ſucceſſione Regnorum locum non habere beneficium repræſentationis, cuius virtute nepos patruo erat præferendus, vt referunt & colligunt ex textu in Clem. Paſtoral. de re iudic. Barto. in auth. poſt fratres. 2. C. de Leg. hæred. Bald. in l. 3. C. de ſuis & legit. & poſt. alios Mathæus de afflict. in c. 1. in princip. nu. 60. de alienat. feud. Tiraq. d. qu. 40. nu. 10. & nu. 162. Iacob. à Sa vbi ſupra nu. 15. Coſta vbi ſupra pag. 183. Anton. Gabr. lib. 4. commun. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. concl. 2. num. 2. Anton. à Gam. d. Deciſ. 307. num. 14. col. 5. & Deciſ. 385. num. 1. qui in dicta Deciſ. 307. n. 4. ait Regem Dionyſium idem ſtatuiſſe illa celebri ſententia, lata inter filium & nepotem Regis. Et ſecundum ius, ſi non ſit Lex quæ expreſsè concedat repræſentationem, in ſucceſſione Regnorum, debet res decidi ſententia Papæ ſupra relata, quæ declarauit repræſen-

tationem non admitti in d. successione. Argum. c. 1. argum. de nou. oper. & consequenter in similibus casibus debet seruati tanquam lex. c. in causis. de sententia & re iudic. & agens de propria sententia notat. Tiraq. d. qu. 40. nu. 162. præcipuè in his Regnis iuxta ordin. lib. 2. tit. 5. §. vltim. & ea quę
IX. notat Cost. vbi sup. pag. 185. vers. ergo.

Hanc partem videntur probare Doctores, qui in ea sententia sunt, vt patruus præferatur nepoti, quos inter fuit Bartholom. de Capua citatus à Mathæo de Afflict. vbi sup. n. 88. & alij quos citat Tiraq. d. qu. n. 15. Cujacius lib. 2. de feud. num. 11.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Beneficium repræsentationis, locum habere in horum successione Regnorum, certissimis argumentis probatur.

X. 
IS nonobstantibus contraria sententia tenenda est, quam sequuntur Oldradus Cons. 224. Abbas & Doctores communiter in c. licet de voto. Gulielm. in c. Raimuntius verbo. & vxorem nomine Adelasiam. num. 619. Antonius Gom. in d. l. 40. Taur. num. 65. Alciatus lib. 8. Parerg. c. 15. Costa vbi supra pag. 164. Aluar. Vaz. d. qu. 50. nu. 2. & 12. Ioannes Garcia de impens. c. 16. nu. 16. ad med. Molin. lib. 3. c. 6. à nu. 3. & 9. qui omnes affirmant in successione Regni locum esse repræsentationi, quemadmodum in hæreditatibus, quę veniunt ab intestato, & ita sensit Bart. in auth. post fratres C. de leg. hæred. dum supponit in Regnis hæreditariis locum esse repræsentationi, ratione cuius nepos pręferendus est patruo, vt notarunt Bartol. Aretinus, Soccinus, & alij quos refert, & sequitur Aluar. Vaz. d. qu. 50. nu. 6. vers. hanc, & pro hac parte citari possunt Doctores, qui in celebri quæstione de nepote & patruo resoluunt nepotem esse præferendum nixi beneficio repræsentationis, quos referunt Tiraq. vbi sup. nu. 12. Antonius Gabr. d. loco à n. 16. Anto. à Gama, Decis. 37. n. 14. & affirmant

hanc esse communem opinionem Anton. Gom. d. n. 65. in fin. Peralta in rubr. ff. de hæredibus instit. nu. 121. Couarr. pract. c. 38. nu. 6. vers. vndecimo. Costa vbi supra pag. 189. vers. 2. Rojas d. n. 36. Roland. in responso pro Triuultiis nu. 72. Butsat. Cons. 67. num. 13. lib. 1. & affirmant hanc esse practicam Iacobinus in tract. de feud. col. 3. & additio ad Alex. Cons. 4. lib. 4. & ita iudicatum esse sæpius Tolosæ, Neapoli, & in Parlamento Parisiensi. referunt Grammaticus Decis. 1. Capell. 433. & cum Boër. Cost. in d. vers. secundo.

Probatur primò, quia beneficium repræsentationis generaliter à iure introductum est in omnibus successionibus hæreditariis quæ ab intestato veniunt, vt probatur textu in §. cum filius instit. de hæred. quæ ab intestato deferunt. auth. de hæredib. ab intest. venient. in princip. ibi, *Omnes simul ab intestato cognationum successiones*, & in vers. quia igitur, ibi, *Omnis generis ab intestato successio*, iunctis §. §. seqq. & constat hæc Regna esse hæreditatem Regis vltimi possessoris, & vt talem deferri iure hæreditario in omnibus, exceptis quibusdam quæ lege aliqua, vel consuetudine propter bonum commune excipiuntur: vti resolutum est, supra qu. 1. nu. 43. quare sequitur in successione horum Regnorum locum habere beneficium repræsentationis vnde constat contrarium non posse teneri, quoniam nulla Lege, aut consuetudine oppositum declaratur. XI.

Confirmatur hoc amplius quia considerata ratione æquitatis iuxta textum in d. §. cum filius. vers. æquum, quæ causa fuit inducendi repræsentationem generaliter in hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur, ea naturalis est, quia cum filius non solum iure, sed etiam natura eadem sit persona cum patre. l. vltima ad fin. C. de impub. c. iam itaque., ibi, *Vnus erat cum illo*. 1. q. 4. & probat latè Tiraq. in l. si vnquam in Præfat. n. 15. & ideò non dicitur pater, cui filius superstes est, prorsus mortuus. Eccles. 30. *Ibi mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se.* Et obseruat Tiraq. d. 40. nu. 34. iustum & æquum visum est, vt filius in locum patris veniret beneficio repræsentationis, qua refert eius personam in successione hęreditaria omnium ascendentium, vel fratrum patris, & eandem in illa partem haberet quam eius pater, si viueret, habuisset. d. §. cum filius d. auth. de hęredib. ab intest. venient. §. si igitur. 2. ne ad iactutam patris iactura hæreditatis debitæ, accresceret. argum. text. in l. vnica in fin. C. de his qui ante apert. tab. in princip. vers. & prius Instit. de Senat. XII.

bere in hæreditatibus, quæ veniunt ab intestato, iuxta ordinem V.
& dispositionem Legis, in qua expendi non potest maiorem affectum ostendisse erga filium aut patrem, quam erga nepotem aut sobrinum defuncti, & ita ex opposito cessat, & locum non habet in successione maioratuum & fideicommissorum, quæ relinquuntur ordine, & institutione particularis personæ quæ maiori affectu rangi potest filij, vel fratris vltimi possessoris tanquam propinquioris, quam sit nepos aut sobrinus qui ab illo remotior est in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. & in §. si plures. instit. de leg. agn. success. vt notant contra d. gl. Bald. in d. §. in fideicommisso. q. vlt. & ibi Cuman. & alij quos referunt Anto. Gom. l. 40. Taur. n. 45. Tiraq. q. 40. n. 190. Couar. d. n. 4. vers. ex quibus Anto. Gab. d. li. 4. tit. de success. ab intest. concl. 2. n. 12. Aluar. Vaz d. q. 50. n. 31. col. 2. quod argumentum concludit adhuc iuxta hos Doctores admittendam esse repræsentationem in successione huius Regni, & si tanquam maioratus aut fideicommissum veniret. Quia constat Regnum fuisse à Populis institutum, vt supradict. qu. 1. nu. 18. & 55. in quo considerari non potest maior propensio in filium aut fratrem, quam in nepotem, aut sobrinum Regis vltimi possessoris, quia omnes sunt generaliter alieni respectu populi, iuxta id quod resoluit Gl. verbo. filios. in l. generaliter. §. cum autem. C. de iustit. & subftit. Et Gl. penult. in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. Vnde Padilla. nu. 25. post alios ait esse communem opinionem, & ita notauit in specie Costa. vbi sup. pag. 198. vers. in Regni, & præterea constat populos transtulisse suam potestatem in primos Reges, & ordinasse successionem Regiam per Legem de illa factam d. l. 1. ff. de constit. princip. ibi, *Lege Regia quę de imperio lata est, populus ei, & in eum*, &c. 8. d l. vnica. ff. de officio præfecti, pręter ibi, *Regimentis Reipublicæ ad Imperatores perpetuo translatis*, & consuetudinem quæ lex etiam. est. c. consuetudo. 1. distinct. §. ex non scripto. instit. de iur. natur. gent. & ciuil. approbasse hanc consuetudinem, secundum ea quæ dicta sunt. q. 1. nu. 43. Quare in ea seruandus est ordo hęreditatum, quæ ab intestato veniunt, & est successio, quæ propriè defertur per legem. l. 3. §. de illo. ff. pro socio, integer titulus. C. de legit. hæred. resoluit Tiraq. in tract. l. mort. p. 2. declarat. 7. à num. 6. & consequenter admittitur beneficium repræsentationis, quemadmodum conceditur in hęreditatibus, quæ ab intestato veniunt. Quapropter & si Molin. citatus. qu. 1. num. 28. existimauit successionem Regnorum fieri iure sanguinis, nunquam tamen

negauit admitti repręsentationem, vt habet lib. 3. c. 6. à nu. 3. & nu. 9.

XVI. Tertiò probatur specialiter repræsentationem habere locum in successione Regnorum Hispaniæ. l. 2. tit. 15. part. 2. quatenus disponit, vt si mortuo Rege vltimo possessore nepos filius filij primogeniti superstes sit, is succedat in Regnum, & filio secundo genito patruo præponatur; atque adeo supponit beneficium repręsentationis admitti in Regnis Hispaniæ, quemadmodum ex hac lege deducunt Paul. Castr. Consilio 164. Couarr. versu 11. Costa vbi sup. pag. 165. versu. vnde Peral. in dict. rub. nu. 122. Molina cap. 6. nu. 3. & 9. Anto. Gome. leg. 40. nu. 65. Rojas cap. 5. nu. 38. Ioan. Garcia vbi supra c. 16. nu. 16. quod dicta Lex pręsupponit tanquam rem multò antea dispositam Legibus antiquis, & receptam consuetudine Regnorum non tanquam rem nouam & insolentem: patétque ex illis verbis (*y aun mandaron que si el fijo maior muriesse antes, que heredasse*, iuncto vers. *Pero con todo*, ibi (*los omes sabios, &c.*) & ibi (*esto vsaron siempre, &c. mormente en Hespaña*) quæ verba referuntur ad omnia, quæ in dicta lege continentur, & concludunt beneficium repræsentationis ob quam filius ingreditur in locum patris excluso patruo, admissum iam esse Legibus & consuetudine Hispaniæ, vt notat & expendit Molin. lib. 3. c. 6. num. 27. & Garcia. d. nu. c. 16. Quare cum ita statutum esset & receptum in Hispania, non aliter fieri deberet in successione Regnorum, quamquam id non esset expresse declaratum iuxta superius, dicta qu. 2. num. 20.

XVII. Probatur quartò, ex multis exemplis sententiarum, à Regibus lararum in diuersis Regnis circa eorum successionem, quibus iudicatum est locum esse repręsentationi, ob quam nepos patruo præferendus erat. Sic Decretum in successione Regni Angliæ teste Baldo. l. ex hoc iure. ff. de Iust. & in d. liberti. num. 18. Afflict. in cap. 1. in princ. nu. 117. de nat. success. feud. Grammat. Decis. 1. nu. 17. Iacobus à Sa. d. tract. num. 15. & Costa vbi supra pag. 19. Cuiac. lib. 2. de feud. tit. 11. Idem iudicatum est in Regno Galliæ, vt refert Gram. vbi supra, & Tiraq. dicta quæst. 40. num. 131. vbi ait idem Decretum fuisse in Vngaria, atque hoc ipsum refert Cuiac. d. tit. 11. Iudicatum fuisse circa Ducatum Britanniæ, & alios status. Idem decreuit Rex Iaymius secundus Aragoniæ populos obligando iuramentum præstare Petro nepoti filio Infantis Alphonsi primogeniti sui, vt in Regnum

succederet, si pater prius moreretur, & si Petrus filius secundo genitus & patruus superuiueret, vt refert Zurita lib. 8. Annal. c. 57.

Tandem idem probatur specialiter in horum successione Regnorum, celebri testamento Regis Ioannis I. cuius hæc est clausula Latinè fideliter reddita (item testamentarium nostrum & executorem omnium rerum, quæ in hoc testamento continentur constituimus Infantem Eduardum filium meum primogenitum, & hæredem, qui Deo volente me mortuo Rex, & Dominus horum Regnorum futurus est, aut eius filius, aut nepos legitimus recta linea descendens, vti iure & consuetudine fit in successione horum Regnorum, aut aliquis meorum filiorum ordine suo directo scilicet primum Infans Petrus, & post eius mortem eius filius, aut nepos ordine supradicto, & si non extet,) &c. itaque Rex Ioannes secutus ius & consuetudinem successionis horum Regnorum instituit hæredem suum Nepotem, aut Pronepotem à primogenito Eduardo descendentem, præferendo illos Petro filio secundo genito, & aliis filiis quanquam Eduardus primo genitus ante moreretur: Atque hoc ipsum ex verbis huius testamenti collegerunt, Iacobus Sa vbi supra nu. 40. & post illum Costa. vbi sup. pag. 162. & quamquam Antonius Gama dicta decisione 307. num. 23. dicat se non legisse illud testamentum, & de illo ambigat, Decis. 174. nu. 14. Constat esse in Turri de Tombo in dicto lib. 4. Iur. Regal. à fol. 70. & idem Gama fatetur dicto num. 13. & 14. potuisse Regem declarationem illam facere, & legis vim habere. XVIII.

Idem declarauit Rex Alfonsus V. Litteris patentibus datis ad status Regni, cuius mentio facta est supra quæst. 1. nu. 42. & qu. 2. nu. 23. vt mortuo ante se Principe Ioanne primogenito superstite filio, aut filia legitimis, ille aut illa succederet in Regnum excluso quouis alio filio secundo genito addendo ita se decernere, quia secundum Ius hoc erat. Deinde edito iam in lucem Infante Alphonso nepote suo filio Ioannis Principis, de nouo idem Decretum expressit, statuendo hæredem eum fore, ac præcipiendo Statibus Regni, vt ei iuramentum præstarent, excludendo quemcumque alium filium secundo genitum, quarum Literarum meminerunt Iacob. Sa vbi suprà, & Antonius Gama dicto. num. 24. Liquet vero Regem non induxisse nouum modum successionis, sed veterem seruasse, vt constat his verbis ibi (*pello sentir ser direito*) & ibi (*declaro, &* XIX.

denuncio o dito Iffante) iuncta regula. l. hæredes. §. si quod post ff. de testam. & iis quę tradunt ad illam Menoch. de arbitr. casu. 73. num. 16. & Anton. Gabrie. lib. 6. commun. tit. de iure reg. concl. 3. à princ.

Confirmant hanc partem multa argumenta, quę afferuntur à Doctoribus in quæstione nepotis, & patrui ad probandum nepotem esse patruo præferendum, quæ latè referunt Præpo. in c. 1. de feu. March. & Titaq. d. q. 40. à nu. 19.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quæstionis Resolutio.

XXI. RIMVM animaduertenda sunt duo: Alterum repræsentationem nihil aliud esse, quam beneficium quoddam inuentum à Iure, quod statuit, vt in hæreditatibus ab intestato venientibus filij & nepotes ingrederentur in locum patrum defunctorum repræsentatis eorum personis, retento eodem iure quod haberent si viuerent, atque adeo in iisdem hæreditatibus obtinerent eandem partem, quam eorum patres habituri erant postpositis qui postponendi erant, si patres viuerent. Hoc autem probatur text. in l. 1. §. 1. vers. si filius. ff. de suis & leg. ibi, (in eiusdem partem succedunt omnes nepotes, neptésque ex eo natæ.) l. 2. cum seqq. C. eod. tit. §. cum filius. Inst. de hæred. quę ab intest. (Ibi nepotes neptésque in patris sui locum succedere.) §. vlt. Inst. eod. tit. ibi (portionem sine vlla diminutione consequantur) auth. de hęred. ab intest. ven. in princ. coll. 9. Ibi (illius filios, aut filias, aut alios descendentes in proprij parentis locum succedere tantum de hęreditate morientis accipientes partem) &c. & in §. si igitur. 2.) ibi. (tantam ex hęreditate morientis accipientes partem, &c. & in §. si igitur. 2. (ibi. (tantam ex hæreditate) &c. & ibi (præponantur sicut eorum pater præponeretur, si viueret.) & ibi, (vt in suorum parentum iure succedant) & hoc beneficium Lex concessit promiscuè viris & fœminis, citra differentiam sexus, vt probat text. in d. §. cum filius & d. 1. §. igitur, ibi (siue masculi, siue fœminæ sint) & ibi (filiis aut filiabus.)

XXII. Alterum est beneficium repræsentationis inductum esse pro hæreditatibus & successione ascendentium, vt nepos aut pro-

nepos, & alij posteri illo vti possent repræsentando personam patris ad succedendum auo, proauo, & aliis ascendentibus. d. §. vlt. ibi, *Nepotes & neptes, pronepotes, & proneptes, & alias deinceps personas*, rexru in dicto auth. de hęredibus. in princ. ibi, *In hoc enim ordine gradum quæri nolumus*, & ita tradunt Doct. communiter iuxta Couar. pract. c. 38. nu. 5. Costa. vbi supra pag. 192. versu. cum igitur. Gregor. Lo. in le. 3. verb. descendentes tit. 13. part. 6. Aluar. Vaz. dist. qu. 50. num. 3. & num. 30. Molina dicto lib. 3. ca. 7. num. 6. roges dict. c. 5. nu. 10. auth. Gab. dicto tit. de success. ab intest. conclu. 1. num. 18. attamen in hæreditatibus & successione Collateralium solum extenditur dictum beneficium repræsentationis ad filios, & filios fratrum vel sororum defuncti de cuius successione agitur. Itaque cæteri propinqui Collaterales defuncti non possunt vti beneficio repræsentationis, sed succedere debent singuli iuxta gradus propinquitatis, vt probat text. in dicto §. Si igitur versu. huiusmodi, ibi, *solis præbemus fratrum masculorum & fæminarum filiis aut filiabus*, & in paragrapho. si verò neque. eiusdem auth. text. in auth. post fratres. 2. C. de lege hæredit. & ita docent communiter Doctores, vt constat ex citatis à Couar. vbi suprà num. 7. versu 3. ad intellectum. Tiraq. de iure. primo geniti. qu. 41. nu. 4. Anton. Gom. in l. 8. Tau. nu. 18. Aluar. Vaz. dicta quæstio. 50. nu. 3. col. 3. & Anto. Gabr. vbi suprà num. 13.

Hæc diuersitas iuxta terminos iuris communis nititur in eo XXIII. quod hæreditates ascendentium sunt plures, & quasi debitę lege naturæ suis descendentibus, per quos conseruantur. l. cum ratio. ff. de bon. dam. l. liberorum. 220. in fine. vbi Gl. vlt. ff. de verbor. signif. & quod hæreditates Collateralium solum debentur ratione consanguinitatis & dispositione Legis Ciuilis. in defectu descendentium, vt probatur verbis illius. l. 12. Tabul. quam refert Hieronymus Verruc. in Schol. ad leg. 12. Tabula. tit. 4. Ibi, *his deficientibus agnatus proximus familiam habeto*. text. in §. intestatorum. inst. de hæredit. quæ ab intest. iuncto princi. inst. de leg. agn. succ. & ita resoluit Fabius in §. cæterùm instituta illo titulo communiter receptus iuxa Fortun. in l. Gallus. §. idem credendum nu. 48. 4. §. ff. lib. & posth.

Itaque concludendum est in successione horum Regnorum, quæ deferuntur tanquam hæreditas Regis vltimi possessoris, vt superius diximus qu. 1. à nu. 43. locum habere beneficium repræsentationis in linea descendentium & Collateralium eo mo-

do quo diximus concedi à iure in hæreditatibus ab intestato venientibus, patérque ex dictis suprà à nu. 10. cum seqq. Itaque doctrina Baldi, in cap. 1. nu. 6. de feudo March. de qua supra qu. 1. num. 31. dicentis in Regno posse succedere quemcumque consanguineum Regis vltimi possessoris quanquam sit positus extra decimum gradum intelligenda est tum in hoc Regno tum in aliis quæ seruant Ius commune hæreditatum ab intestato venientium, itavt eiusmodi consanguineus succedat beneficio repræsentationis in quocumque gradu, si fuerit recta linea descendens à Rege vltimo possessore, non ita verò succedat si fuerit Collateralis, nisi sit nepos, aut neptis Regis vltimi possessoris ex fratre, vel ex sorore, nam extra hos gradus non poterit gaudere beneficio repræsentationis, sed debet succedere iuxta rationem gradus, vt bene notauit Costa. vbi sup. pag. 193. consequente.

ARTICVLVS QVARTVS.

Primo & secundo, & tertio Argumento pro parte opposita, negante repræsentationem, respondetur.

XXV. RIMVM adductum supra num. 1. Soluitur dicendo textum. l. si libertas. §. 1. ff. de bon. lib. & similes procedere in rebus quæ non deferuntur iure hæreditario, cum succeditur à filiis vt filiis, & non vt ab hæredibus. l. vt Iurisiurandi. versu. & puto. ff. de oper. l. l. si patroni, vbi Bart. num. 3. Alex. & commu. ff. ad Trebell. & ita intelligunt hos textus Doctores comm. post Ioannem Fab. in d. §. cum filius. vbi ang. n. 2. Tiraq. dicta qu. 4. nu. 153. Aluar. Vaz post alios quos citat dicta quæst. 50. n. 11. Molina lib. 3. c. 8. nu. 11. 13. & sentit Glo. dicto §. si duo. verbo. hæreditatibus. Gl. in fine. in l. 2. C. si in fraud. patro. ex quo paret doctrinam Nicol. de Materel. citati. nu. 1. intelligendam esse in maioratibus & fideicommissis, & bonis vinculatis quorum successio non defertur iure hereditario, vt obseruat Costa vbi sup. pag. 190. in princ. atque adeo non concludit contra successionem horum Regnorum, quæ quanquam induat aliquas conditionem maioratus, & bonorum vinculatorum, & vni tantum personæ ex regio sanguine tribuatur

defertur tamen iure hęreditario, vt ſuprà diximus quæſt. 1. à num. 43. Præterea quamquam ſucceſſio horum Regnorum deferretur inſtar maioratus, aut fideicommiſſi, non ideò excluderet repræſentationem, ſecundum doctrinam traditam ſup. num. 15. Deinde dicta lex. ſi libertus. agit de hæreditate liberti, vt conſtat ex verbis illius, ibi, *ad hæreditatem liberti*, quæ reſpectu filiorum patroni, non eſt hæreditas aſcendentis, nec patrui cui Leges beneficium repræſentationis conceſſerunt, vt patet ex ſuperius dictis à nu. 21. & aduertit Paul. Caſtr. Concil. 164. col. 8. in fine verſu, & per hoc reſpondetur.

Adiectis ſup. num. 2. reſpondetur populos conceſſiſſe poteſtatem Regiam primis Regibus & ſoboli, dictam tamen conceſſionem factam eſſe, vt Regna manerent propria Regum, qui illa poſſiderent & venirent iure hæreditario eorum deſcendentibus, vt ſuprà dictum. q. 1. num. 36. & num. 43. Doctrina verò Bartoli adducta. n. 2. procedit in ſucceſſione rerum, quæ veniunt ex conceſſione Dominica ſimpliciter, atque adeò quæ non veniunt iure hæreditario, quia in eiuſmodi rebus non eſt locus eſt repræſentationi, quæ ſolum verſatur in ſucceſſionibus hæreditariis, iuxta ea quæ ſuprà diximus num. 21. & in hoc ſenſu recipitur doctrina Bartoli à Doctoribus citatis dicto num. 2. & idem Bartolus ibi. ſentit admittendam eſſe repræſentationem in Regnis & rebus quæ veniunt iure hæreditario, quamquam procedant ex conceſſione Dominica, atque hoc ex illo colligunt Aret. & alij quos refert Aluarus Vaz, d. qu. 50. num. 6. verſu. hanc. & verum eſt in terminis iuris, vt apparebit infra num. ſequente. XXVI.

Quod attinet ad id quod dicit Barto. in ſucceſſione Regnorum feudalium non habere locum repræſentationem, communiter reprobatur iuxta Coſtam vbi ſup. pag. 34. & Aluar. Vaz. d. qu. 50. num. 8. & 9. quia & ſi Regna procedant à populis deferuntur tamen iure hæreditario, vt ſuperius diximus, ex quo ſequitur habere in illis locum repræſentationem; iuxta ea, quæ ſuperius diximus à num. 21. neque Bartolus contrarium poteſt dicere in ſucceſſione Regni Appuliæ, de quo agit, quod feudale ſit quia & ſi eiuſmodi ſit & non ſit hæreditarium, tamen admittenda eſt repræſentatio in ſucceſſione illius Regni, iuxta textum in c. p. 1. §. his verò. de ſucceſſ. feud. & quæ tradiderunt Coſta, vbi ſuprà pag. 184. & Aluarus Vaz dicta qu. 50. num. 8. contra Anto. de Roſel. XXVII.

Secundo Argumento adducto nu. 3. ex Legibus Regni reſ- XXVIII.

pondetur Ordin. lib. 2. tit. 17. procedere in bonis Coronæ, quæ accepta sunt concessione dominica Regis, & iuxta Legem mentalem non deferuntur iure hæreditario, vt supra notatum est quæstione prima. nu. 57. & ostendit Aluar. Vaz. dicta qu. 50. num. 22. & Molina post alios, quos citat lib. 3. c. 7. nu. 12. conseq. Gama. Decis. 174. nu. 18. vbi declarat verba legis. §. 18. Ibi (*ou as ouue por algũa herança ou qualquer outra socessam*) quæ videntur probare contrarium, quæ explicat Aluarus Vaz vbi sup. num. 25. Et Costa pag. 41. quare fieri nequit Argumentum à successione bonorum Coronæ ad successionem Regni, vt suprà dict. qu. 2. num. 44. Atque adeò notandum est Regem Ioannem I. qui fuit auctor legis mentalis, qua statuit modum succedendi in bonis Coronæ in quibus repræsentationem exclusit, dicto loco Ord. tit. 17. in princ. iuncto. §. 1. cum ageret in suo testamento de successione horum Regnorum declarasse locum esse repræsentationi, quod obseruant Iacobus Sa, & Costa, vbi supra pag. 192.

XXIX. Quod attinet ad Ordin. l. 4. tit. 62. parag. 3. de qua sup. num. tertio respondetur, concedendo repræsentationem non admitti in rebus Emphyteuticis de quibus agit, nihil tamen inde concludi contra successionem Regnorum, hæc enim veniunt iure hæreditario. Ord. verò loquitur de Emphyteusi quæ nominatione personarum, & inde datur ex concessione Dominica, vt quiuis vocari possit sine respectu hæredis qui succedit ab intestato, & constat ex eadem Ord, dicto. §. 3. & obseruatunt Costa vbi sup. pag. 115. & Aluarus Vaz quæst. 50. n. 6. In quo ait non procedere dictam Ordinationem in Emphyteusi hæreditaria, in qua locus est repræsentationi, vt docet Alexander. Concilio 129. col. vlt. l. 10. Couat. dicto cap. 38. num. 13. Aluar. Vaz, quæst. 50. num. 5. Molina, lib. 3. cap. 7. num. 19.

XXX. Circa legem 3. tit. 1. part. 6. extrauag. nu. 13. Respondetur ea non probari repræsentationem excludi à maioratibus & bonis vinculatis, de quibus agit, quamquam Aluar. Vaz. dicto nu. 34. ad finem & Anto. Gama Decis. 307. num. 4. & Decis. 385. ad finem existiment id probari. Qua in re aduertendum est quæstionem esse satis agitatam inter Doctores. vtrum in Maioratibus & bonis vinculatis, in quæ vi institutionis succedere debet consanguineus propinquior, talis consanguineus debeat esse is, qui propius attingat vltimum possessorem, an qui propius attingat primum Institutorem: quod compertum est ex Docto-

Doctoribus in dicto. §. in fideicommisso. Bartolus nu. 2. In lege. si cognatis. ff. de reb. dub. Vbi latè Socinus, & multi quos in vtramque partem post Tiraq. referunt. Couat. ca. 38. pract. nu. 1. Molina. l. 3. cap. 9. nu. 4. & lib. 1. c. 6. num. 46. cum seq. Aluar. Vaz. quæst. 50. n. 34. Gama Decisio. 7. à nu. 1. & Decisione 203. à num. 23. & 27. & Decis. 354. à num. 8. Palaez, vbi supra part. 2. quæst. 8. qui Doctores nihil inferunt ex hac quæstione, quod faciat ad concedendum vel negandum repræsentationem in maioratibus aut bonis vinculatis, imò omnes agunt de repræsentatione & quæstione de filio & nepote, tanquam de re diuersa, & ex aliis principiis deducta, vt constat ex doctrina Palaez dicta quæst. 8. in princ.

Et quidem constat dictam legem 13. factam non esse ad determinandam quæst. filij & nepotis, nec quicquam aliud beneficij repræsentationis, sed tantùm inseruire ad exponendum quomodo intelligenda sit clausula maioratuum & bonorum vinculatorum, in quorum institutione dispositum est, vt succederet consanguineus propinquior. Constat hoc ipsum ex principio dictæ legis, quam refert Costa vbi sup pag. 131. his verbis, *Que auendo respeito aas duuidas, que muitas vezes se mouem sobre a soccessam dos Morgados, & bens vinculados, se soccederà o parente mais chegado ao primeiro Instituidor, ou* &c. quæ ostendunt dubitationem propositam, vt tolleretur per Legem eam tantùm fuisse, vtrum successurus esset consanguineus propinquior primo Institutori, an vltimo possessori, atque adeo dicta Lex in parte decisiua tantùm, determinauit quæstionem quam habebat propositam, in principio, iuxta regulam vulgarem legis. regula. ad finem: Ibi, *nam initium constitutionis generale*. ff. de iur. & fact. l. vlt. ff. de hæred. inst. & doctrinam Molinæ lib. 1. cap. 1. à nu. 2. XXXI.

Idem constat clarius ex Decisione dictæ legis cuius hæc sunt verba tit. 1. 6. *Hei por bem, & me praz, que daqui em diante nos morgados, & bens vinculados de qualquer qualidade, que seiam, socceda o parente mais chegado, ao vltimo posuidor, quando o primeiro instituidor, o não declarar, ou disposer em outra maneira.* Quibus satis fit dubitationi in principio propositæ decernendo, vt succedat consanguineus propinquior vltimo possessori, quod alienum est à quæstione repræsentationis, atque adeo ad illam non pertinet. Argumen. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto. cum aliis de quibus Tiraq. in lege. si vnquam. verb. libertis. num. 2. & seq. Imò quæst. repræsentationis integra manet, secundum dispositionem Iuris communis Argumento legis commodissimè. ff. de lib. & post. XXXII.

I

XXXIII. Itaque Lex illa probè cognita nihil aliud egit quam probare opinionem Socini in lege. si cognatis, & aliorum qui illum sequuntur, & reprobare opinionem Bartoli, ibi, quem multi sequuntur, vt apparet ex suprà citatis nu. 30. Quare quemadmodum etsi opinio Bartoli ea lege probaretur determinando successurum esse propinquiorem primo Institutori, non idcircò admittebatur repræsentatio, quam ne Bartholus quidem ex ea lege admittit in maioratibus aut bonæ vinculatis, ita cum probet contrariam opinionem Socini, decernendo successurum propinquiorem vltimo possessori, non ideo repræsentationem excludit, quam non inde infert Socinus in maioratibus, & bonis vinculatis dari oportere. Diuersa quæstio erat illa repræsentationis, nam aliud est decernere, an successurus sit propinquior Institutori, an propinquior vltimo possessori; aliud an ista propinquitas sumenda sit ex repræsentatione, an ex alio cap.

XXXIV. Accedit quod secundum Ius, vt Lex tollat repræsentationem necesse est vti verbis, aut coniecturis adeò manifestis, vt sine dubio id appareat, iuxta ea quæ tradunt Cardinalis in cap. 1. num. 10. de feud. mar. Afflictis Peralt. & Couar. & post illos Molina à quo citantur, lib. 3. c. 8. n. 2. & 5. At in dicta leg. neque verbis, neque coniecturis manifestis repræsentatio excluditur.

XXXV. Patet quia verbum (*parente mais chegado*) idem est atque proximior. Constat autem verbum proximior in dispositionibus Legum non excludere repræsentationem, vt probat text. in leg. cum ita. §. in fideicommiss. ff. de legat. 2. Dum ait in fideicommiss. & bonis vinculatis certæ familiæ successurum esse consanguineum propinquiorem vltimo possessori, ex mente Socini, in d. l. si cognatis, n. 40. quem sequuntur multi citati per Tiraq. de ret. tit. 1. §. 11. Glo. 1. nu. 10. & aiunt esse communem Gozadinus cons. 4. nu. 31. & alij quos citant Couar. Aluar. Vaz, & Anto. Gama. & alij sup. n. 30. Et tamen Glos. penult. eiusdem p. §. intellexit propinquiorem consanguineum eum esse, qui beneficio repræsentationis propinquitatem obtineret, quæ Glos. communiter recipitur iuxtam Molinam d. lib. 3. ca. 7. nu. 20. & cap. 8. nu. 12. & alios supra citatos.

XXXVI. Eodem modo videmus. l. nonam. tit. 1. part. 2. statuere, vt mortuo Rege vltimo possessore nullo superstite filio succedat consanguineus propinquior, (*Hereda los Reinos el fijo maior, o alguno de los otros, que son mas propincos parientes a los Reyes al tiempo de su finamento.* Et idem probat lex 2. tit. 15. p. prima, Ibi (*deue heredar el Reino el mas propinco pariente, que ouiesse*, quæ

verba notant Grego. Lop. & Mol. l. 3. c. 9. n. 15. & tamen eadem Lex probat in successione Regni locum esse repræsentationi, vt dictum est supra num. 16. vnde constat dictam legem extrauag. & quamcumque aliam legem, quæ disponit de successione consanguinei propinquioris vltimo possessori, non idcirco repræsentationem non excludere, vt ex lege 2. tit. 15. notat Molina d. c. 8. in fine.

Probatur hoc ipsum vltimis verbis dict. l. Ibi (*& na soccessam dos bẽs da Coroa naõ auera lugar esta ley*) quæ probant in successione bonorum Coronæ aliter Legem disponere, ac disposuerat de successione maioratuum & bonorum vinculatorum, quare si dicta lex negaret repræsentationem in his bonis, idem profecto de illis disponeret, quod disposuerat in bonis Coronæ à quibus repræsentatio excluditur, vt diximus num. 28. XXXVII.

Itaque l. 13. non negauit repræsentationem, sed tantùm exposuit vter succederet, an propinquior Institutori, an vltimo possessori, atque in hanc rem mentionem, fecit maioratuum cuiuscumque generis sint. Quia in illis omnibus citra vllam differentiam succedit propinquior vltimi possessoris, non primi Institutoris. Atque hoc ipsum ex dicta extrauag. iudicatum est ea sententia, quæ refertur à Gama dicta Decisione 385. in fine. XXXVIII

Quod attinet ad repræsentationem, vtrum illa virtute illius extrauagantis admittenda sit, quando in Institutione maioratus clausula est qua determinatur, vt succedat propinquior consanguineus, manet in dispositione Iuris communis, iuxta quam & opiniones receptas à Doctoribus, hæc quæstio determinanda est, quam dicta lex extrauag. non decidit. XXXIX.

Tertium Argumentum de quo num. 4. soluitur, concedendo beneficium repræsentationis esse priuilegium, & fictionem legis inductæ contra regulas communes Iuris, atque adeo admittendam non esse nisi in locis expressis à lege, nec posse ad alios extendi. Constat tamen in successione Regni locum habere in casibus expressis à Iure, quia, vt suprà diximus nu. 81. & num. 21. Ius expresse concessit hoc beneficium in omnibus hæreditatibus, quæ veniunt ab intestato. d. authent. de hæred. ab intest. in principio. Ibi, *omnes simul ab intestato cognationum successiones.* Quibus verbis successio Regni comprehenditur, quæ est hæreditas Regis vltimi possessoris, & sequitur regulas hæreditatum in omnibus, paucis tantum exceptis, quibus lex aut consuetudo derogauit, vt probatum est supra quæst. 1. n. 43. Quare & si repræsentatio sit priuilegium, & fictio Iuris indu- XL.

cta contra regulas communes Iuris, Lex quæ illam concessit comprehendere debet omnes successiones, quas proprietas verborum illius potest includere, præcipuè cum eadem ratio eorum, est iuxta regulam textus in C. ad audientiam de Decimis Lege, cum lege ff. de testamentis. vbi id notat Aretinus & doctrin. Decij in c. causam quæ num. vlt. de rescript. & cum aliis Couar. 2. parte. de Sponsalibus. cap. 8. §. 8. num. 8. Paris. consilio 22. nu. 6. & consilio 73. lib. 4. Aldobrandinus n. 47. in princip. inst. de excusat. tut. Molina lib. 4. c. 5. nu. 28.

XLI. Dictis verò num. 5. Respondetur iuxtà opinionem veriorem in quacumque materia, quamquam hęc sit exorbitans, & contra regulas Iuris; id quod generaliter disponitur comprehendere item quamcumque speciem & casum qui includitur in proprietate verborum, & quod sit eiusdem rationis, vt probat textus in lege 2. in prin. ff. de his qui not. & alij relati à Tiraq. de iure mariti, Glosa 5. nu. 60. & in tractatu. le. mort. pag. 2. declaratione 4. num. 8. Couar. dicto num. 8. iuncta communi doctrina Baldi. in l. 2. Cod. de Iure aur. annul.

XLII. Nec obstat contrarium ex textu in dictum caput. statutum de Elect. in 6. quem Doctores expendunt; quia post multas Interpretationes Doctorum Dec. in cap. 2. col. 3. de Præbend. Dominici Conf. 132. col. 2. Rebuff. in praxi. tit. de non promotis. nu. 28. cum seq. respondetur, casum de quo ibi agitur, non comprehendi verbis textus, nec eadem niti ratione, in qua fundatur dispositio: c. licet. Canon. eod. tit. & lib. vt constat ex ipso cap. statutum, Ibi *declaramus non extendi*, quibus verbis notat dispositionem capitis, licet. non posse habere locum in casu c. statutum, nisi peruiam extensionis, quæ non fit in materia pœnali iuxta eundem textum, Ibi, *cum sit pœnale, restringi potius conuenit quam laxari*, vnde probatur dictum casum non comprehendi in decisione dicti capitis. licet.

ARTICVLVS QVINTVS.

Respondetur 4. & 5. Argumento, & res tota concluditur.



VARTVM supra numero sexto adductum soluitur, negando beneficium repræsentationis solum concedi, vt nepos patruo æquetur, & ambo inter se partiantur hereditatem. Quia constat inuectum fuisse, vt filij succederent in ius & locum parentum, & haberent partem hæreditatis, quam eius parentes, & ab auo, & patruo accepturi erant, excludendo ab illa successione omnes qui à parentibus, si in viuis essent, excludendi erant, vt suprà dictum num. 21. sic Abbas. Conf. 3. nu. 4. lib. 2. Bald. col. 101. in princ. lib. 4. Gulielm. in c. Rainuntius. verb. & vxorem nomine Adelasiam. nu. 620. Tiraq. d. qu. 40. n. 26. Iacob à Sa. vbi sup. n. 20. in fine. Couar. pract. c. 28. n. 6. vers. vndecimo. Costa vbi sup. pag. 181. vers. Verumtamen. & post Ioann. And. quem citat. Ant. Gama dicta Decis. 307. num. 8. & nu. 14. & vers. Item nonobstat, & ita intellexit Bartolus in l. liberorum. num. 12. versu. preterea. ff. de verb. signif. Communiter receptus. iuxta Costam vbi sup. & pagina 173. vers. 2. Probatur hæc doctrina textu in dict. authent. de hæred. ab intest. sup. expenso. n. 21. quia dum ait filium succedere in ius patris, necessariò probat, si pater ius habebat excludendi fratrem, idem ius habere filium virtute repræsentationis. Præterea, dum ait textus, filium habiturum esse partem in hæreditate patrui, aut aui, quam pater habiturus erat, si viueret, probat manifestè quemadmodum pater si viueret successurus erat, ita & filium per repræsentationem esse successurum in solidam hæreditatem. Deinde cum dicat textus in successione patrui, vel aui nepotem aut sobrinum preferendum esse propinquis defuncti, quibus pater ipsius præferendus erat, consequenter deducit eo modo, quo pater, si viueret exclusurus erat fratres ab hereditate defuncti, ita filium exclusurum esse patruum. Hoc ipsum probat dictum authent. multo clarius in dicto. §. si igitur. 2. vers. vnde consequens. dum ait, quemadmodum si concurrant frater legitimus & germanus, cum eo qui germanus non est, & dimidius tantum XLIII.

frater est, ille qui est germanus in totam hereditatem excluso alio succedit, ita & nepotem defuncti filium fratris germani, quia patrem suum repræsentat debere succedere solum in solidam hæreditatem & excludere patruum dimidium fratrem defuncti. Idem probatur in dicto auth. in §. si autem. versu. illud palam, & in authentico post fratres 1. versu. Hi autem. Cod. de leg. hæred. Dum aiunt quemadmodum concurrente fratre defuncti cum patruo fratre patris, frater succedit solus in integram hæreditatem, excludens ab illa patruum, ita & nepotem defuncti filium talis fratris beneficio repræsentationis successurum esse solum in totam hæreditatem excludendo patruum defuncti. Quos textus in hanc rem notat post Baldum Tiraq. dicto. n. 26. & sequente, & post alios quos citat, Costa vbi suprà pag. 189. in principio.

XLIV. Quod attinet ad textum in dicto. §. cum filius, & in dict. authentico de hæred. ab intestato à principio supra cit. num. 6. & similes, in quibus habetur nepotem, beneficio repræsentationis admitti in successionem patrui vel aui simul cum patruo fratre patris sui, & hæreditatem cum eo partiri: respondetur eiusmodi textus in iis tantùm casibus versari, in quibus fratres successuri erant simul patri suo, vel fratri defuncti diuidendo inter se hæreditatem, quin alter alterum excluderet, vt fieri solet. Et in his terminis probant illi textus nepotem per repræsentationem concurrere cum patruo fratre patris sui, vt ambo æquè succedant, & partiantur hæreditatem defuncti, quod notat Couat. versu vndec. & meritò quia cum beneficium repræsentationis non tribuat filio maius ius, nec maiorem partem hæreditatis, quam pater eius habiturus erat, si viueret, meritò dicunt textus in illis terminis nepotem successurum æque cum patruo, quoniam pater eius successurus erat cum eo æqualiter. Hinc tamen non sequitur, nepotem successurum non esse solum in integram hæreditatem excluso patruo in casibus, in quibus pater eius si viueret excluso fratre successurus erat, imo ex ratione & decisione eorum textuum contrarium sequetur Argum. l. quæ de tota. ff. de re vindic. vt notat Baldus Conf 386. in fine li. 2. Quare quemadmodum in successione Regni filius aut frater senior Regis defuncti debet succedere excludendo alios fratres dicto cap. grandi de supp. negl. in 6. C. licet de voto, ita nepos, aut sobrinus Regis filius filij aut frater senior solus in Regnum est successurus exclusis patruis fratribus patris sui.

XLV. Dictis suprà nu. 7. Respondetur concedendo beneficium re-

præsentationis in equitate fundari, cuiusmodi sunt omnes iuris fictiones, sed ad eas inducendas satis est, vt sit æquites in communi, & si deficiat in casu aliquo particulari, cuius lex rationem habere non solet, argumento textus. in capite. erit autem lex, Ibi, *Iusta*. 4. distinct. iuncta lege. prospexit. ff. qui à quibus. Ibi, *hoc quidem per quam durum est, sed ita Lex scripta est*. Præsertim cum æquitas propter quam Lex concessit beneficium repræsentationis de qua sup. num. 12. non deficiat in hoc casu in quo nepos excludit Patruum, quia cum iustum sit, vt filius succedet in locum patris, & habeat idem Ius, quod ille habebat in hæreditatibus suorum ascendentium & fratrum, constat eandem æquitatem reperiri, vt nepos aut sobrinus succedat in regnum Regi auo suo, vel patruo suo exclusis patruis, quos pater exclusurus erat si viueret iuxta Tiraq. quęst. 40. nu. 103.

Et quamquam maius sit damnum patrui, quando nepos solus succedit, quam quando vterque succedit hoc non tollit æquitatem legis inducentis reprę̄sentationem quia ex vi illius non plus conceditur filio, quam eius pater si viueret habuisset, iuxta text. in d. auth. de hæred. §. si igitur. vers. vnde consequens. & §. si autem. vers. illud, & d. auth. post fratres, qui nixi æquitate admittunt repræsentationem, qua nepos patruum excludat, vt sup. diximus, nu. 44. XLVI.

Aduertendum est quod quoniam dicti textus probant beneficium repræsentationis excludere patruum ab hæreditatibus quę inter ipsum & nepotem diuidi possunt, multo certius est excludere eundem à successione Regni quæ non potest diuidi, C. Imperialem. §. pręterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Fred. & sup. notatum quæst. 1. num. 31. versu, *Outro si.* quia in hæreditate diuisibili fortasse videretur posse queri patruum quod repræsentatione excluderetur, ab ea hæreditate in cuius partem venire poterat. At vero in successione Regni non est locus querelæ, quod Regnum non potest ferre diuisionem inter vtrumque. iuxta §. præterea ducatus, atque adeo responderi poterat, non tam excludi quod nepos repræsentaret patrem, quam quod Regnum diuidi non poterat, vt animaduertit Tiraq. quæst. 44. nu. 103. & sequente. XLVII.

Itaque re considerata, & fine Legum inspecto, si patruus quæri posset de nepote, quod solus succederet, ipsum que prorsus hæreditate excluderet, iniusta querela esset, quia lege Decretum est, vt frater pater nepotis solus succederet, cuius locum cum occupet filius non potest queri de beneficio reprę̄senta- XLVIII.

tionis, cum ea naturam sequatur, cuius virtute fit vt filius patris Vicarius sit, ac in eiusdem locum, & ius succedat.

XLIX. Quintum Argumentum propositum n. 8. continens exemplum Papæ Bonifacij VIII. soluitur ex Barto. in authent. post fratres secunda: Regnum Appuliæ de quo lis erat feudum esse Ecclesiæ, atque adeo repræsentationis beneficium excludere, quod nisi foret, aliter disponeret, & quamquam Bartolus communiter reprobetur, dum ait in regno feudali repræsentationem non esse admittendam, quod superius diximus, n. 2. Tamen approbatur, dum ait admittendam esse in Regnis hæreditariis.

L. Aliter soluunt Baldus in l. si viua. C. de bon. mat. & Bellam. Decisione 723. etiam de extra. à princip. Tiraq. quæst. 40. nu. 10. & nu. 162. cum seqq. Grammat. Decis. 1. à nu. 18. Iacob. Sà, vbi sup. à nu. 15. Costa. pag. 183. & 186. Et respondetur primum ex Clement. Pastoralis quæ citatur, non posse colligi Bonifacium Papam hanc sententiam tulisse, & quamquam historiis constet tulisse illam, potuisse moueri ad eam ferendam in fauorem patrui, aliquibus pactis aut conditionibus particularibus, quibus illud Regnum feudale institutum fuerit, vel aliqua lege aut consuetudine mutante ordinarium modum succedendi, iuxta tradita à Mart. Laud. citato apud Tiraq. q. 4. n. 228. & ita obseruarunt in terminis illius sententię Barto. vbi sup. nu. 8. Tiraq. quæst. 40. nu. 164. quare dum non constat de causis, quibus vsus est Pontifex ad illam sententiam ferendam nemo potest inferre contra ius commune repræsentationem in successione Regnorum locum non habere, atque adeo qui voluerit vti ea sententia, illius tenorem debet exhibere, vt ei satisfiat. Argum. leg. vt sponsum. C. de transact. cap. de muliere. de Sponsal. iuncto c. inter monasterium de re iudicata, Ibi, *non obstante sententia, &c. Quæ tamen nobis ostensa non fuit.* Pręterea cum de Regno litigatum est coram Papa iam dictus Robertus Regnum possidebat. Quod expendunt Doctores & allegatum fuit in fauorem eiusdem Roberti à Barto. de Capua, vt patet ex iis quæ scribit Afflict. in caput primum de success. feud. In principio nu. 110. & Tiraq. Vbi sup. nu. 229. Si enim Pontifex contra illum sententiam ferret, id non posset facere sine magna perturbatione Regni & insigni illius detrimento, vt considerant Baldus in lege 3. C. de suis & leg. Alc. lib. 8. paretg. cap. 15. & Grammaticus vbi sup. nu. 19.

LV. Pręterea non opus est causas huiusmodi inquirere, nam aliter responderi potest: sententiam illam Papæ non habere vim

vim legis, nisi in rebus Ecclesiæ in quibus Papa temporalis Dominus est iuxta text. in ca. si duobus. §. vlt. de Appell. vbi notant Glo. & Doctores. Glos. in cap. 2. verb. Lex Ciuilis. de Arbit. in 6. Glos. 1. in Regula. possessor. de Reg. Iuris in 6. & est commune iuxta multos quos refert Couar. 2. part. de Sponsal. c. 7. §. 7. nu. 15. Itaque nullum inde Argumentum fieri potest ad successionem Regnorum liberorum, & hæreditariorum quæ non sunt subdita Papæ in temporalibus, & in quibus Ius Ciuile seruatur, cuiusmodi sunt Regna Portugalliæ & Algarbiorum, in quibus iuxta Ord. l. 2. tit. 5. in princ. decernitur, vt nisi lege propria Regni aliquid statutum reperiatur, teneatur Ius Ciuile, quo expresse conceditur Beneficium repræsentationis in hæreditatibus ab intestato venientibus, & si aliter disponant Canones, vt dictum est sup. nu. 21. Constat autem huiusmodi Regna esse hæreditatem Regis vltimi possessoris, & hæreditario iure venire, vt sup. dict. qu. 1. num. 43. Quapropter non habet hic locum Regula text. in c. de nou. oper. quod non procedit quando Ius Ciuile expressum est, iuxta Decis. in l. edita num. 1. C. de edendo, Menoch. lib. 1. de Arbit. quæst. 30. num. 3. & habet locum Ord. lib. 2. tit. 5. vlt. vt aduertit Costa pag. 186. versu ergo.

Accedit, quod & si dispositio Iuris Communis hac in re dubia esset, nihil conficeret illa sententia Bonifacij VIII. contra successionem horum Regnorum, cum expresse constet ex Decretis Regum in illa succedi beneficio repræsentationis, vti superius diximus à nu. 18. quæ Decreta tanquam stylus & consuetudo horum Regnorum seruari debent, nonobstantibus locis Canonum in oppositum adductis, iuxta Ord. d. tit. in princip. LII.

Quod verò obiicitur ex Anto. Gama Decisione 307. nu. 4. nimirum sententia Regis Dionysij Lusitani nihil officit, quia constat ex Historiis Regem Castellæ Alfonsum Sapientem, dum viueret, hæredem instituisse Regnorum Castellæ, & Legionis Infantem Sancium filium suum secundo genitum priuando illa successione Alfonsum & Fernandum de la Cerda, nepotes suos filios Fernandi primogeniti sui defuncti, vt refertur in eius Chronic. c. 64. & sequ. & quamquam postea quia Sancius filius Regnum vsurpauerat Rex Alphonsus illum ex hæredauit testamento, & decreuit vt succederet Alfonsus de la Cerda nepos, vt constat ex eodem Chroni. c. 76. & notat Ioannes Garcia, vbi sup. c. 16. ea exhæredatio effectum non habuit, quia Sancius successit patri, & Regnum possedit, LIII.

Digitized by Google

vt habetur in Chronic. Regis Sancij cap. 1. & cap. vlt. cui successit eiusdem filius Fernandus teste Chron. eiusdem Regis Fernandi cap. 1. Nunquam tamen Alphonsus de la Cerda destitit à prætensione Regnorum opponens ad se pertinere tanquam ad nepotem Regis Alfonsi Sapientis filium primogeniti Fernandi, vt patet ex Chron. Regis Alfons. c. 65. & ex Chro. eiusdem Regis Fernandi. c. 2. & 3. & ex Chronico Regis Dionysij ca. 12. ex Zurita lib. 4. Annal. c. 10. & lib. 5. c. 59. Garibai lib. 13. c. 26. pag. 845. Donec regnante Rege Fernando delata lis est tanquam ad arbitros ad Regem Dionys. Lusitanum & Regem Iaymium secundum Aragonium, vt constat ex Chronico Regis Dionys. c. 22. & ex Zurita. l. 5. c. 59. qui statuerunt vt Rex Fernandus retineret Regnum, donarétque certa quædam oppida Alfonso de la Cerda, qui cedere debebat in posterum Regno & prætensione Regni, Patet ex Chronico Regis Fernandi. c. 23. & ex Chron. Regis Dion. c. 12. & ex Zurita. l. 5. cap. 66. & Garibai. lib. 13. ca. 30.

LIV. Hoc supposito duo sunt consideranda, primum quo pacto Rex Alfons. Sapiens hæredem Regni instituit Infantem Sancium filium secundo genitum, excluso nepote Alphonso filio filij sui primogeniti Fernandi, qui beneficio repræsentationis successurus erat. Secundum quomodo Rex Dionys. non tulit sententiam in fauorem Alphonsi de la Cerda, sed in fauorem Regis Fernandi. Quod attinet ad primum verum est successionem Regni directè pertinuisse ad nepotem Alfonsum iuxta tradita sup. nu. 22. sed Regem motum precibus subditorum quos Sancius sollicitauit, & laboribus quos idem Sancius se absente in defendendo Regno passus fuerat, & quia iudicauit non esse id contra leges & consuetudinem Hispaniæ Regnum Sancio reliquisse, vt constat ex Chron. Regis Alfonsi cap. 64. & cap. vlt. vers. *Porende nos siguiendo*, & refert Zurita lib. 4. cap. 47. Hoc tamen non solum contra Ius commune factum fuit & contra Ius repręsentationis de quo sup. num. 21. sed etiam contra Leges & consuetudinem Hispaniæ quibus idem dispositum fuerat in successione Regni, vt probatur leg. 2. tit. 15. part. 2. & supra diximus nu. 16. quæ lex creata fuit ab eodem Rege Alfonso Sapiente, & ait antiquos sapientes viros Hispaniæ, ita rem hanc disposuisse, & iussisse vt mortuo filio primogenito viuente patre succederet nepos eius filius excluso patruo. Itaque & si Rex Alphonsus dictam Legem non publicarit, & verum sit Regem Alfonsum 11. aliàs 12. nominatum iustum addidisse versum

(E aun mandaton) &c. vt notauit Ioan. Garc. vbi supra nu. 26. tamen ex eodem versu.iuncto versu *Pero con todo*, eiusdem Legis secundæ constat, quod ibi declaratum est, multò ante fuisse decretum ab antiquis sapientibus iuxta leges & consuetudine Hispaniæ, atque adeo Regem Alfonsum Sapientem perperam fecisse, & contra leges & consuetudinem statuisse.

Quod patet quia hoc ipsum reprehensum fuit à maxima parte populi, vt refert Garibai, lib. 13. cap. 4. Et c. 15. ait Regem Alphonsum, quia iniustè priuauerat nepotem Alfonsum debita successione dedisse pœnas, Deo ipsum puniente manu eiusdem Sancij, qui ab eo defecit, & Regnum vsurpauit, quod expendit Zurita, lib. 4. c. 15. LV.

Quod attinet ad sententiam Regis Dionysij & Iaymij respondetur eos non fuisse Iudices, nec arbitros in rigore Iustitiæ ad declarandum, ad vtrum illorum Regnum pertineret, sed tantum litem componendo amice, & citra controuersiam consulentes paci & concordiæ vitantes *Bella & dissensiones*, quæ inter vtrumque extiterant, vt habetur in Chronico Regis Dionysij, c. 12. & Regis Fernandi, c. 22. & ex Zurita dicto lib. 5. ca. 29. & in his terminis quamquam de rigore Iustitiæ Regna ad Alfonsum pertinerent, potuerunt tamen Reges ad mala vitanda sententiam ferre pro Rege Fernando, iuxta doctrinam Glo. vlt. per textum. ibi. in lege. Idem Pomponius. 14. §. recepisse. ff. de recep. arbit. quam sequuntur Doctores ibi, & in capite. nisi essent. vbi textus id probat. de præbend. Abb. in cap. Quintauallis. num. 42. de Iureiur. Tiraq. cum aliis quos citat in tract. de Iud. in rebus exig. versu. 48. Alex. nu. 3. Padilla nu. 10. in l. de fideicommisso. C. de transact. præsertim cum Rex Fernandus esset possessor Regnorum, quæ acceperat à patre Sancio, qua possessione priuari non poterat, sine magna perturbatione Regni, & damno communi, quod vitare voluerunt Reges arbitri ex dictis suprà nu 50. quare ex hac sententia colligi nequit beneficium repræsentationis non habere locum in successione horum Regnorum; quandoquidem ea sententia non fuit, sed modus quidem transactionis, & concordiæ iuxta ea quæ tradit Glo. verbo. conuentum. in authent. vt differ. iudicium. in principio. communiret recepta, vt patet ex allegatis à Couar. de Sponsal. parte 2. c. 8. §. 12. nu. 2. & Peralta lib. 4. tit. 8. lib. 3. Ord. verbo. compromissos col. 2. Quare non est illa standum in iudicio ordinario, in quo proceditur iure communi, maximè cum constet eos totam controuersiam ad Regum LVI.

arbitrium contulisse, cuius voluntatis illi, non Iuris rationem habuerunt.

LVII. Tandem aduertendum est citatos Doctores, nu. 9. in fine, & alios, qui citari solent in fauorem patrui contra nepotem nihil obstare dictis, tum quia eorum plures non agunt de successione Regni, sed de aliis maioratibus quæ non veniunt iure hæreditario, tum quia adhuc in maioratibus communior opinio est admittendam esse repræsentationem præferendo nepotem patruo, vt constat ex allegatis supra num. 10. cui opinioni hęter, Lex 40. Tauri.

CONCLVSIO.

PAtet ex dictis repræsentationem habere locum in successione horum Regnorum, quemadmodum Iure communi admittitur in hæreditatibus ab intestato venientibus.





QVÆSTIO QVARTA.

AN ADMITTENDA SIT REPRÆSENTATIO QVANDO NEPOTES prætendunt ſuccedere in hæc Regna Regi patruo, quin concurrat cum illis alius frater eiuſdem Regis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Pars negans proponitur & Argumentis probatur.



RIMO, quia ſecundum Ius antiquum in ſucceſſione collateralium, qualis eſt ſucceſſio defuncti reſpectu ſuorum fratrum & nepotum textu in principio. Inſt. de gradibus. nulla erat repræſentatio. Imò ſi per mortem defuncti ab inteſtato aliquis frater ſuperſtes erat, iſte ſuccedebat in totam hæreditatem excludendo nepotes filios alterius fratris, quia gradu propinquior erat defuncto, vt probat textus. In l. lege. verſu his etenim. C. de legitim. hæred. §. hoc etiam. inſt. de leg. agn. ſucceſſ. Deinde ſi per mortem defuncti multi nepotes eius, fratrum eius filij remanebant, omnes ſuccedebant in capita, hæreditate per ſingulos diuiſa æqualiter l. 2. §. hæc hæreditas. ff. de ſuis & legit. lege 1. §. vlt. vbi Gloſſ. 2. ff. ſi pars. hered. per. d. l. lege, verſu illo proculdubio, & videtur hanc diſpoſitionem Iuris antiqui mutatam ſolum eſſe à Iuſtiniano in eo caſu, quo manerent nepotes defuncti filij fratris eius, ſimul cum alio fratre eiuſdem defuncti, quia in his terminis tantum decreuit Imperator, vt nepotes beneficio repræſentationis tenerent locum, & ius quod parentes ſi viuerent 1.

habuissent, & concurrerent cum patruo suo, vt probat textus. in authent. de hæred. ab intest. §. si igitur secundo. in fine. versu, sed & ipsis, vbi sic: *Sed & ipsis fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis vocantur thiis, &c.* quæ verba videntur probare Imperatorem non concedere nepotibus beneficium repræsentationis in successionem patrui, nisi quando cum alio patruo concurrunt, idem videtur probari textu in dict. authent. §. si autem cum fratribus. versu. quandoquidem: Ibi (*fratris & sororis filiis tale priuilegium dedimus, vt in propriorum parentum succedentes locum, soli in tertio constituti gradu cum his, qui in secundo gradu sunt ad hæreditatem vocentur,* quia declarans Imperator his verbis concessisse se beneficium repræsentationis nepotibus qui sunt in tertio gradu, vt possint admitti ad hæreditatem patrui, cum aliis patruis fratribus defuncti qui sunt in secundo gradu, videtur significare nolle se concedere tale beneficium extra hunc casum. Idem videtur probare textus in authent. vt fratrum filij. in principio. collatione nona, vbi Imperator referens quæ statuerat in dict. authent. de hæred. ab intestato circa nepotes, qui beneficio repræsentationis succedunt in hæreditatem patrui fratris parentum, solum refert hoc se iam dispofuisse, quando eiusmodi nepotes concurrebant cum aliquo alio patruo fratre defuncti, & ita significat se in dict. authent. non concessisse repræsentationem, quando nepotes soli volunt succedere defuncto fratri patris sui, argumento l. cum prætor. ff. de iudic. cum vulgati. Quare, quandoquidem præter hunc casum derogatum non est iuri antiquo, videtur extra illum standum esse eodem iure, iuxta regulam vulgatem l. sancimus c. de testamentis. c. Cum expediat de elect. in 6. Vnde inter eos non habet locum repræsentatio, atque idem dicendum est in successione horum Regnorum, quæ est hæreditas Regis vltimi possessoris.

Idem probatur quia constat beneficium repræsentationis concessum fuisse in fauorem nepotum tanquam priuilegium & remedium extraordinarium, quo vocantur in hęreditatem patrui, vbi regulæ ordinariæ Iuris eos excludebant. textu in d. §. si igitur 2. versu. huiusmodi. *Ibi priuilegium præbemus*, & ibi, *hoc ius largimur*, atque adeò admitti non debet nisi in casu, in quo non habent remedium ordinarium, vt succedant patruo, & excluduntur successione de Iure ordinario. Argumento legis. in causæ. 2. in principio. ff. de iureiur. l. 1. C. de Thesau. lib. 10. nec ita debet intelligi, vt ex illo resultet damnum nepotum, argumento. l. quod fauore. C. de Legibus, & patet ad-

missa repræsentatione succedere omnes nepotes in stirpes, & omnes filios vnius fratris eius qui est defunctus, solum accipere portionem hæreditaris, quam talis frater si viueret accepturus erat, dicto. §. cum filius. dict. authent. de hæredibus ab intestato. in principio. versu, nam in vsu. quod potest redundare in damnum nepotum, qui sine patruo, & sine repræsentatione succedendo in capita accepturi erant maiorem portionem quam eam quam accepturus erat eorum pater: vt manifestum est quando ex vna parte concurrunt duo nepotes filij vnius fratris eius qui est defunctus, & ex alia tres filij alterius fratris. Quia in hoc casu succedendo sine repræsentatione in capita debuissent tres fratres accipere tres portiones hæreditaris patrui, & duo duas dicta l. 2. §. hæreditas quod sane plus est, eo quod pater accepturus erat si viueret: At verò succedendo per repræsentationem in stirpes, tres fratres tantummodo accepturi sunt portionem patris, hoc est dimidium hæreditatis dicto. §. cum filius, atque adeo repræsentatio redundat in damnum trium nepotum. Deinde constat quando nepotes prætendunt succedere patruo, sine concursu alterius fratris patris, & defuncti, de cuius hæreditate agitur, omnes eos & singulos eorum ei posse succedere, sine beneficio repræsentationis, iuxta legem duodecim tabularum, & commune ius. dicto. §. hæreditas. & l. lege duodecim tabularum. C. de leg. hæred. vnde sequitur quod beneficium repræsentationis non habet locum quando nepotes sine concursu patrui prætendunt succedere in hæreditatem patrui defuncti, tunc enim dictum beneficium neque fauorabile est, neque necessarium. Quamobrem hanc sententiam, vt veriorem tenuerunt Azo. in summa. C. de legit. hæred. Glos. in §. hoc etiam verbo superstites, vbi Eguinard. & Hottomanus instit. de leg. agna. success. & idem Hotto. illustr. quæst. 3. & alij quos sequitur Couar. in Epit. de successione ab intest. n. 8. Cuiacius lib. 2. de feudis. lib. 11. & in expositione ad Nouella Iustin. Nou. 118. & ibi Balduin. Nou. 120. Vaudus lib. 1. q. 24. Benedict. Capra. Consil. 21. col. vlt. vbi ait hanc esse communem opinionem. Quam etiam recentiorum communiorem vocat Aluarus Vaz. qu. 50. nu. 2. Vnde infertur idem prorsus esse dicendum in successione horum Regnorum, quæ venit tanquam hæreditas Regis vltimi possessoris.

Tertiò idem videtur probari, quia cum hac opinione Azon. consentiunt Leges & consuetudines Castellæ, Portugalliæ, & aliorum Regnorum quibus decernitur, vt nulla sit repræsentatio

quando nepotes volunt succedere parruo fratri patris aut matris, sine concursu alterius patrui fratris defuncti. Ita disponit. l. 3. tit. 6. l. 3. for. leg. & lex 5. tit. 13. part. 6. in versu. *mas si este*, vt notat Gregorius verbo *per cabeças*. Anto. Gomes in l. 8. Tauri. nu 11. Molina. l. 3. c. 7. nu. 22. Per. ad legem 1. lib. 2. lib. 5. Ordination. pag. 102. versu. tertia regula. Idem decreuit Imperator Carolus V. in Germania lege particulari, cuius fit mentio à Tiraq. de Retract. tit. 1. §. 11. Glos. 12. num. 4. Anton. Gomes, vbi sup. nu. 14. Couar. in d. Epitom. nu. 8. Costa. in l. 1. §. vlt. ff. si pars hæred. pet. Zazius de feud. 8. p. qu. 6. nu. 32. Balduin. vbi sup. Ioan. Pichardus. lib. 6. comm. verb. fratrum filij. versu. Hanc ramen litem. Sonsbech. de feud. p. 9. num. 103. vers. 7. Ioachimus in Centur. 3. obseruat. 94. Idem seruatur consuetudine, & sententiis iudicatum est in aliis partibus, vt refert Couar. & Pichardus vbi sup. Balduinus dicta Nouel. 120. randem nostra Ordinatio lib. 4. tit. 75. §. 3. vers. *& se ao tempo*, vbi disponit matrem, quæ secundo nupsit, & successit alicui ex filiis primi matrimonij in bona, quæ ille acceperat ex patrimonio, vel hereditate patris aut aui paterni, reneri reseruare proprietatem talium bonorum aliis fratribus illius ex eodem matrimonio: Et statuit quod si post mortem talis fœminæ manserit filius frater defuncti, & aliquis nepos aut nepotes filij alterius fratris, tales nepotes concurrere debent cum patruo in successione illorum bonorum: si ramen prædicta fœmina moriatur sine filio ex primo matrimonio, quamquam habeat nepotem aut nepotes susceptos ex aliquo filiorum eiusdem, tales non succedant in ea bona ex dispositione dictæ legis. Quare quemadmodum Ord. videtur concedere repræsentationem nepotibus, vt concurrant cum patruo in successione alterius patrui defuncti; ita videtur eam negare quando volunt succedere sine concursu alterius patrui: quapropter hæc sententia Azonis approbata & recepta in Castella, & Portugallia, & aliis Regnis seruanda esse videtur in successione horum Regnorum hæreditario iure venientium.

IV. Denique probatur hęc opinio exemplo sententię latę circa successionem Regni Aragoniæ, de qua per mortem Regis Martini defuncti sine prole contenderunt, præter alios Violanta eius neptis filia Ioannis Regis fratris natu maioris, & Fernandus Castellæ nepos filius Reginæ Eleonoræ sororis, cúmque ea super re Comitia fierent, & assignati Iudices: declaratum fuit lata sententia, successionem Regis Martini defuncti pertinere ad Infantem

fanti Fernando nepoti, non verò ad Violanram neptem, quamquam pro hac ſtaret Petrus ab Anchar. Conſ. 339. quod patet ex Chro. Regis Ioannis II. Caſtellæ, an. 12. cap. 163. Garibai, lib. 32. c. 17. Vnde conſtat intellexiſſe Iudices non poſſe inter nepotes admitti repræſentationem, nam ea admiſſa ſine dubio Infans Violanta, quæ repræſentabat Regem Iaymium patrem qui ſi viueret excluſurus erat Eleonoram ſororem, ſine dubio præferenda erat.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Pars affirmatiua quæſtionis fortiſſimis Argumentis ſtabilitur.



ERIOR tamen & communior opinio eſt, beneficium repræſentationis locum habere etiam quando nepotes agunt de ſucceſſione in hæreditatem patrui fratris patris ſui ſine concurſu alterius patrui fratris defuncti. Ita docent Acurſius in lege 1. §. vlt. verbo vt puta. ff. ſi pars hæred. pet. idem Acurſius. in Glo. vlt. l. lege duodecim Tabularum, & in authent. ceſſante verbo in ſtirpes. C. de leg. hæred. & in authent. de hæred. ab inteſt. §. ſi autem. verbo frarres. Coll. 9. & Bartolus in his locis, & idem Bart. in l. 2. §. hæc hæreditas. ff. de ſuis & leg. & in lege liberorum. nu. 15. ff. de verborum ſignif. & Conſil. 173. incip. ſuper hæredit. lib. 1. vbi ait vidiſſe ſe pro hac parte Conſilia Acurſij, & hæc eſt communis opinio iuxta duodecim Doctores, quos præter alios citat Tiraq. de Retract. tit. 1. §. 11. Gloſa 12. num. 5. dicunt vlterius hanc eſſe communem opinionem Aluar. in tit. de ſucceſſ. feud. in princ. nu. 3. add. ad Glo. 2. d. authent. ceſſante. add. ad Roland. de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 22. Roch. de iure patron. verb. ipſe, vel is. nu. 3. Ioan. Le Cerier de primog. lib. 2. qu. 4. nu. 16. Zazius de feud. 8. p. concl. 6. num. 29. & ſing. intellect. lib. 1. c. 16. Couar. in Epit. de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 8. Ant. Gom. in l. 8. Tau. nu. 12. a on de did. Caſtillo. col. 2. verſ. ſi tamen eſt, & Tellius Fernand. nu. 3. Greg. Lop. in d. l. 5. verſ. per cabeças. tit. 13. part. 6. Menchaca de ſucceſſ. reſolu. §. 13. nu. 13. Villalobos in Æratio. comm. litera. f. n. 57. Viuius lib. commu. opin. 125. Iulius Cla. verb. feudum. q. 75. nu. 2. Rojas in Epit. c. 32. nu. 17. Vaudus vbi ſup. Molina. potes filij fratris vel ſororis, nepotes ſucceſſuros eſſe in totam V.

Digitized by Google

lib. 3. c. 7. nu. 21. Petez ad l. 1. tit. 2. lib. 5. Ord. pag. 102. col. 1. verf. 3. Regula Franc. Burfat. Conf. 67. nu. 10. lib. 1. Valentinus Forefterus lib. 3. concl. 3. de fucceff. ab inteft. Anto. Contius de hæred. ab inteft. in 2. Ord. fucceff. verf. quæftio hic extitit, qui Doctores prætetquam quod finguli affirment hanc effe communem opinionem, citant magnum numerum aliorum, qui eam fequuntur, & teftantut communiter feruari, & feruandam effe in iudiciis, & eandem tuentur tanquam veriotem in iute Sonsbech de feudis. p. 9. à nu. 99. & Alu. Vaz. d. qu. 50. nu. 3.

VI. Probatur primo ex text. d. auth. de hęred. ab inteft. §. fi igitur. 2. verf. huiufmodi Collat. 9. vbi ait Imperator beneficium repræfentationis concedi filiis fratrum, vt fuccedant in iure & loco patrum fuorum, Ibi (*priuilegium præbemus fratrum mafculorum, & fœminarum filiis, aut filiabus, vt in fuorum parentum iure fuccedant.* & in §. fi autem. Ibi, *quandoquidem fratris, & fororis filiis tale priuilegium dedimus, vt in propriorum parentum fuccedentes locum, &c.* vbi clarè oftendit concedete fe hoc beneficium generaliter, & indiftinctè nepotibus filiis fratrum, non folum quando volebant fuccedere cum aliquo patruo fratre parentum & defuncti, fed etiam quando fe folis fine concurfu patrui fucceffuri erant.

VII. Præcipuè quia confideraris principiis Iuris, conftat fratrem habere primum locum fucceffionis inter collaretales, & ab ea prorfus nepotes excludere, qui non poterant fuccedere, nifi in defectu fratrum d. leg. 12. tabularum. d. §. hoc etiam, & fic facilius erat concedere repræfentationem nepotum inter fe, quando volunt fuccedere patruo fratri fuorum parentum, quin concurrat alius frater defuncti cui debetur tota hæreditas à qua eum virtute repræfentationis nepotes excludunt, vel in totum iuxt. text. in d. §. fi igitur. 2. verfu. Vnde confequens: vel in partem accipiendo quam pater fi viueret accepturus erat. d. auth. vt fratrum filij. in princip. Ibi (*fraternum adingredientes gradum, & illius ferentes portionem*) quare cum conftet Imperatorem conceffiffe repræfentationem nepotibus, quando concurrunt cum patruo parre defuncti d. §. fi igitur. 2. verf. fi autem. Ibi, *vocabuntur ad hæreditatem ifti cum de patre & Matre thijs mafculis & fœminis.* Multò certius eft eum in d. verf. huiufmodi, eam illis conceffiffe, quando inter fe prætendunt fuccedete patruo ftatri parentum, quin concurrant cum alio ftatre eiufdem defuncti.

VIII. Secundo facit textus expreffus in d. auth. de hæted. ab inteft. §. fi autem cum fratribus. verfu. Illud palàm. dum probat fi fuerint patrui defuncti, fratres patris eius, vel matris, & ne-

hæreditatem exclusis patruis, & idem probat textus in authent. post fratres. 2. vers. hi autem. C. de legit. hæred. in terminis illorum textuùm non concurrunt nepotes cum aliquo patruo suo fratre defuncti, & tamen constat si succedant soli, vti eos beneficio repræsentationis, quia tam illi, quam patrui defuncti erant cum illo in tertio gradu, leg. 1. §. 3. vers. ex transuerso. ff. de gradibus. §. *tertiò. versu. ex transuerso* Inst. eodem tit. & consequenter nisi admitteretur repræsentatio omnes simul successuri erant, & diuisuri hæreditatem æqualiter leg. 2. §. hæc hæreditas, quod sanè aliter est: imò potius solum succedunt nepotes, & excludunt patruos defuncti, vt probat versus: illud palàm, & vtuntur beneficio repræsentationis: ob quam manent in secundo gradu tenentes locum parentum. dict. authent. post fratres, vers. hi autem. *Ibi. cum pares sint defuncti fratribus*, qui vt fratres defuncti, erant cum illo in secundo gradu. §. 2. Inst. de gradibus. Quare textus necessario probat nepotes succedere per repræsentationem in hæreditate patrui fratre parentum, quamquam non concurrat cum illis alius frater.

Constat vero hanc esse doctrinam textuum, vt patet ex dict. vers. illud. Ibi, *palam*, & ex dict. authent. post fratres. Ibi, *proculdubio*, & merito, quia cum Imperator in vers. *huiusmodi* generaliter concessisset nepotibus beneficium repræsentationis, vt per illam in locum parentum venirent, quin se intermisceret in eam quæstionem: vtrum concurreret alioqui patruus, an non? perspicuè concluditur, quod Imperator refert in dicto vers. illud. in quo de nouo nihil disponit, sed refert tantum quod necessario sequebatur ex dicto vers. huiusmodi. Ita probat habuisse iam generaliter, & indistinctè concessum beneficium repræsentationis nepotibus, tum quando concurrunt cum patruo, tum quando soli succedunt. Quia si Imperator ante vers. *illud* non concesserat hoc beneficium casu quo cum nepotibus non concurreret patruos defuncti, non sequebatur nepotes exclusuros esse patruus qui est casus in quo non concurrunt cum fratre eiusdem defuncti, vt refertur in dicto vers. *illud*. Et ita in hoc textu tanquam expresso fundatur Barto. & quidem iure in dictis locis sup. allegatis. nu. 5. IX.

Terriò probatur ex textu in dict. authent. de hæred. ab intest. §. si vero nec. & authent. post fratres. C. de leg. hæred. Dum aiunt si ex defuncto non manserint fratres, neque nepotes, reliquos consanguineos collaterales esse in capita successuros iuxta proximitatem graduum, & citra repræsentationem: X.

Et ita probant, dum fuerint nepotes defuncti filij fratris eius, vel cum illis concurrat patruus, vel non, semper locum fore repræsentationi, & succedendum esse in stirpes, & non in capita: quia dum existunt nepotes, & si cum illis non concurrat frater defuncti, semper verificatur sensus verborum dict. §. si vero. Ibi, *nec fratrum filij*, & ibi, *omnes deinceps*, &c. quæ euidenter probant Imperatorem voluisse ne repræsentatio habeter locum in consanguineis lineæ collateralis, in quocumque gradu sint post filios fratrum. argumento textus in dicto. §. hoc etiam. iuncta Glo. verbo. deinceps, & ita probant in gradu, in quo sunt nepotes, & filij fratrum defuncti semper sine vlla distinctione succedi patruo in stirpes, & locum habere repræsentationem. Contra autem, si repræsentatio non admitteretur inter nepotes, quando patruus cum illis non concurrit, verum esset dicere, quod filij fratrum vocantur, vt pariter admittantur, & inter eos fiat diuisio in capita, & non in stirpes; at textus in dict. authent. post fratres, ait hoc non ita procedere in nepotibus filiis fratrum defuncti, sed hunc modum succedendi in capita procedere post fratres fratrúmque filios, & consequentes probat inter illos succedi patruo in stirpes, & dari repræsentationem. Nec euincitur contrarium quod textus in d. authent. post fratres. vtitur ea particula *qué*, quæ tanquam coniunctiua videtur exigere, vt concurrant patrui cum nepotibus, vt detur repræsentatio. Respondetur enim dictam particulam sæpè disiunctiuam esse, vt probat text. in lege sæpè. 53. ff. de verb. signif. & resoluunt post multos Tiraq. de Retract. tit. 1. §. 1. Glos. 10. nu. 3. Et Molina lib. 4. c. 2. nu. 28. & in dict. authent. habet sensum disiunctiuè, vt probatur ex §. si verò. Ibi, *neque fratres, neque filios fratrum.* Vnde ea authent. deprompta fuit, & ex discursu. §. si igitur. 2. dict. authent. vbi particula *&*, ponitur semper disiunctiua *vel*, vt apparet, Ibi, *fratres & sorores*: & ibi, *masculorum & fœminarum*: & ibi, *masculis & feminis.*

XI. Quarto probatur, quia de Iure beneficium repræsentationis admittitur in successione lineæ descendentium, quamquam nepotes conentur succedere auo sine concursu patrui filij aui, vt probatur per textum in leg. 2. in authent. in successione. C. de leg. hæred. §. cum filius Inst. de hæred. quæ ab intest. Ibi, *si ex duobus filiis, nepotes, &c. ex altero vnus, &c. ad vnum aut duos dimidia, ad tres, &c.* Et notant communiter Doctores post Theophylum. Fort. in leg. Gal. §. idem credendum. nu. 48. ff. de lib. & post. Guliel. dicto verbo, & vxorem nomine Adela-

ſiam. nu. 631. Anto. Gom. tom. 1. cap. 1. nu. 12. & in lege 22. Tauri. nu. 20. Coſtalius in leg. 1. §. vlt. ff. ſi pars hæred. pet. Tiraq. dicto. §. 11. Gloſ. 12. nu. 1. Rojas. d. Epit. cap. 6. nu. 2. eſtque communis ſententia iuxta plures quos refert Franciſ. Burſatus. Conſil. 71. nu. 1. lib. 1. Et probat Caius Iuriſconſult. Inſt. titulo 8. de Inteſtat. hæreditate. verſ. Item ſi quis moriens. Quare eodem modo dicendum eſt in ſucceſſione lineæ collateralis locum habere repræſentationem, & ſi nepotes filij fratrum non concurrant cum alio aliquo fratre defuncti, quia conſtat repræſentationem inductam fuiſſe in hanc lineam ab Imperatore Iuſtiniano, ad exemplum eius quæ conceſſa fuerat à Iure antiquo in linea deſcendentium, vt probatur per textum in dicta authent. de hæred. ab inteſt. in princip. iuncto. verſ. reliquum. cum ſequente, itaque nulla eſt ratio quæ concludat hac in re diuerſitatem eſſe inter collaterales & deſcendentes.

Quia quod ait Ioannes Fab. in d. §. Cæterùm. inſtit. de leg. agn. ſucceſſ. Communiter receptus iuxta Fortun. vbi ſup. hæreditatem aſcendentium multò magis deberi deſcendentibus, quam hereditatem collateralium, ſolum concludit fuiſſe cauſam, vt in linea deſcendentium concedatur repræſentatio in omnibus gradibus, in linea verò Collaterali tantum concedatur. in 2. gradu, vt iure ipſo ſtatuitur in auth. de hæred. ab inteſtato. in princ. & in dicto. §. ſi igitur 2. & non concludit in eo gradu in quo repræſentatio fit in linea collateralium, ſeruandum non eſſe id quod ſeruatur in linea deſcendentium, in omnibus gradibus, in quibus repræſentatio conceditur. XII.

Nec eſt ad rem ratio diuerſitatis quam inducit Eguinard. in dicto. §. cum filius. dicens hanc diuerſitatem pendere ex iure ſuitatis, quod ſolum reperitur in deſcendentibus reſpectu aſcendentium, & non collateralium. §. ſui. inſtit. de hæred. qual. quia conſtat beneficium repræſentationis non fundari in iure ſuitatis cum etiam concedatur emancipatis, vt probat auth. de hæred. ab inteſt. in fin. principij ibi, *ſiue ſub poteſtate defuncti, ſiue ſuæ poteſtatis inueniantur*: & ibi, (ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſint conſtituti.) Et ita docet Balduinus. dicto. §. cum filius. in princip. & in Commentariis ad legem duodecim Tabularum in l. 27. pag. 3. XIII.

Notandum verò eſt textum illum, in dicto. §. cum filius. in verſu. Item ſi ex. vbi probat inter nepotes repræſentationem dari in hæreditate aui, & ſi cum illis non concurrat patruus, hoc tradere, tanquam rem, quæ ſequitur ex ſupradictis in prin- XIV.

cip. dicti. §. & in versu, & quia placuit. vbi, *conueniens esse vsum est, &c.* Intulit primum, quod, quandoquidem decretum erat, vt nepotes & pronepotes tenerent locum patris beneficio repręsentationis, consequens inde erat statuere, vt succederent in stirpes cum suis patruis, filiis aut nepotibus aui aut proaui, & in dicto vers. Item si. secundo loco intulit nepotes quando inter se concurrunt, sine patruo filio aui sui, successuros ei esse in stirpes. Iraque ex eo quod decretum est, vt nepotes beneficio repræsentationis teneant locum parentum, concurrendo cum patruis in succęssione aui, infert textus locum etiam prædictæ repręsentationi fore, vt succedant in stirpes, & si soli successuri sint sine concursu patrui.

XV. Iuxt. hanc doctrinam Impetator in dict. authent. de hæred. ab intest. §. si igitur. 2. versu. si autem. iuncto versu. huiusmodi. concessit expressè beneficium repręsentationis nepotibus filiis fratrum. vt tenerent locum, & ius parentum, & concurrerent cum aliis fratribus defuncti: ex quo deducitur propria illatio, quam idem facit Imperator. dicto. §. cum filius. vers. Item, vt quemadmodum descendentes in quocumque gradu. (Quia in omnibus datur repræsentatio in ea linea) succedunt in stirpes, quamquam non concurrant cum patruo fratre parentum: Ita etiam in secundo gradu lineæ collateralis (in qua solum datur repræsentatio) nepotes filij fratrum succedant in stirpes, & si cum illis non concurrat alius frater defuncti.

XVI. Tandem probatur, quia iustum videtur, vt filij qui eadem quasi persona cum patre sunt, illum tepræsentent, & teneant eius locum & ius, & eandem portionem hæreditatis ascendentium & patruorum accipiant, quam ipsi parentes si viuerent accepturi erant, vt probat textus in d. §. cum filius, vers. conueniens, & in d. authent. §. si igitur secundo: Ibi, *tantam ex hæreditate percipiant portionem quantam eorum parens, &c.* Et in versu ex diuerso, Ibi, *huiusmodi filios ab hæreditate excludimus, sicut ipse si viueret ab hæreditate excludebatur.* Et patet hanc rationem æquitatis non solum habere locum quando cum nepotibus filiis fratris, alter frater defuncti concurrit, sed etiam quando huiusmodi nepotes, sine concursu patrui ei volunt succedere, quia in vtróque casu æquum est, vt nec filij vnius fratris, quia pauciores sunt minus accipiant hæreditatis, quam pater habiturus erat, nec alij filij alterius fratris, quod sint plures, maiorem accipiant, quam eorum pater si viueret accepturus erat. Itaque non est ratio diuersitatis, vt aduertit optimè Aluar. Vaz, qu. 50. nu. 3.

ARTICVLVS TERTIVS.

Pro parte affirmatiua quæstio deciditur.



STATVENDVM itaque est beneficium repræsentationis habere locum etiam quando nepotes prætendunt succedere in Regna Regi patruo, sine concursu alterius patrui fratris eiusdem Regis. Probatur quia constat in iure, dubia quæ occurrunt super quacumque successione, contractu, maioratu, aut statu liberi Regni determinanda esse per Leges eiusdem Regni: vti post Baldum, & alios, quos citant resoluit Matth. de Afflict. Decis. 226. nu. 4. & 51. & Anto. Gama Decis. 307. num. 21. & sequente, & ita probat Ord. l. 2. tit. 5. quæ in principio, & in §. 1. decernit vt id quod non fuerit determinatum lege particulari, aut consuetudine Regni decidatur Legibus Imperialibus, & nisi extent Leges, decidatur Glossis Acursij inclusis in ipsis Legibus: quod si ne Glossæ quidem extent, sententia Bartoli teneatur, nisi contra communem opinionem sit. XVII.

Hoc supposito: dubium de quo agitur non est determinatum Legibus huius Regni, quia Ord. dictæ. l. 4. tit. 75. §. 3. quæ ad hoc ipsum citatur, suprà nu. 3. nihil omninò probat, vt suprà dicetur à nu. 36. & expresè declaratum est Legibus Imperialibus, vt in omnibus successionibus hæreditariis, cuiusmodi est successio horum Regnorum, vt diximus quæst. 1. detur beneficium repræsentationis nepotibus filiis fratrum defuncti, quando ei volunt succedere concurrendo cum alio fratre aut sine illo, vt latè probatum est supra à nu. 6. Idem præterea statuit Glossa Accursij in locis citatis, nu. 5. quamquam in §. hoc etiam. verbo. superstites. videatur sequi contrariam sententiam dum eam vltimo loco refert: iuxta Glossam vltimam lege Sabinus. 74. ff. ad Trebell. receptam, vt refert Socinus iuncto Consilio 46. nu. 19. lib. 4. & Hypol. in lege 1. §. si serui num. 21. ff. de quæst. quia coniectura hæc non sufficit, vt dicatur illam opinionem habuisse, cum constet in lege 12. Tabul. in Gloss. vlt. C. de legitim. hæred. retenta communi dicere, *& dixi Inst. de legibus agna. success. §. hoc etiam:* quibus verbis ostendit se in dicto. §. secutum fuisse communem XVIII.

opinionem. Quamquam eam primo loco retulisset. Accedit quod quamquam ibi sequeretur opinionem Azonis, non ideò dici posse Accursium in ea sententia esse, tum quia Glossæ Inst. fuerunt priores, vt colligitur ex dicta Gloss. vlt. in d. lege. & refert Petrus Iacobus in tit. de actione in rem pro re Emphyt. Charta antep. versu item quod Glossator. vbi ait idem affirmare solitum Franciscum Accursium filium eiusdem Accurs. Glossatoris. Ita refert Tiraq. de Retract. tit. 1. §. 1. Gloss. 12. nu. 3. & id aduertit Sonsbech de feud. parte nona nu. 109. in fine, tum quia non inuenitur alius locus in quo videatur Acursius secutus fuisse opinionem Azonis cum in Glossis quas scripsit post Glossas Inst. tenuerit multis in locis opinionem communem contrariam, & iuxta illam sæpè consilia dederit, vt sup. notauimus nu. 5. Quare si eo in loco secutus est opinionem Azonis, se certè in aliis locis retractauit.

XIX. Quamquam verò Accursius rem hanc non determinaret satis erat determinare Bartolum in omnibus locis, in quibus ac de re egit in lecturis, & in Consiliis supra adductis num. 5. vt in hoc Regno ea sententia teneretur, iuxta Ordinationem. §. 1. Cum constet Bartoli doctrinam communiter receptam esse, adeò vt vix reperiatur alia sententia in iure magis Communis ex Doctorum sententia, qui id affirmant, vt ostendimus dicto. nu. 5. & si Benedict. Capra sup. citatus. nu. 2. dicat opinionem Azonis esse communiter receptam, qui in eo deceptus est, vt aduersus illum obseruarunt. Tiraq. d. Gloss. 12. num. 4. & Franc. Viuius dicta opinione 125. & eodem deceptus est Valdus in dicto authent. cessante. nu. 2. vers. sed hæc ratio: dum ait opinionem Azonis esse communiter receptam in successione feudorum: quia contraria est communis, & vera & ita affirmant reprehenso Baldo Andreas Sicul, & post illum Iulius Clar. qu. 75. nu. 2. Aluar. in cap. 1. in principio. nu. 3. de successione feudi Caccia Lup. de feud. cognit. articulo 6. nu. 17. & fatetur hanc esse communem Zazius de feudis. parte 8. conclusione 6. nu. 29. Et quamquam Aluarus Vaz quæst. 50. n. 3. ait crebriorem modernorum sententiam recepisse opinionem Azonis, non ideo dicit esse communem, quia vt huiusmodi sit debet haberi ratio numeri, & auctoritatis omnium Doctorum, vt latè resoluit post multos, quos citat Antonius Maria Corat. in tract. de commun. lib. 1. art. 1. & artic. 4. à nu. 3. Et in hac materia attendi debent omnes qui scripserunt post Bartolum iuxta Ordinationem. dicti. §. 1. Ibi, *dos Doctores que despois delle*

escre-

escreverão, & Aluar. Vaz vbi dicit intelligi debere de modernis qui scripserunt post Zazium solum, vt notauit Sonsbech. vbi sup. nu. 100. Imò & idem Zazius, & qui post illum scripserunt, quamquam sequantur opinionem Azonis, omnes fatentur opinionem Accursij, & Bartoli esse communem, nec oppositum ausus est dicere Azo. quem sequuntur, vt animaduertit Sonsbech. dicto. nu. 109. in fine.

Quaptopter cum res hæc determinata sit Legibus Imperialibus, Gloss. Accursij, & Doctrina Bartoli, & communi opinione Doctorum, constat iuxta huiusmodi sententiam iudicandum esse in successione horum Regnorum locum esse beneficio repræsentationis, quando nepotes prætendunt in ea succedere, Regi patruo fratri patrum, & si cum illis alius frater eiusdem Regis patruus non concurrat. XX.

ARTICVLVS QVARTVS.

Primo Argumento in oppositum adducto respondetur.

PRIMVM ex num. 1. soluitur concedendo ante Ius authent. non solum iuxta antiquum Ius Legis duodecim Tabularum, & Digestorum, sed etiam Codicis & Institutorum non admitti beneficium repræsentationis in aliquo gradu lineæ collateralis, in qua consanguinei succedebant ab intestato in capita, iuxta proximitatem graduum, vt probatur per textus allegatos. dict. nu. 1. Constat tamen per nouum Ius authent. concessum fuisse in huiusmodi linea collateralium beneficium repræsentationis, vt filij fratrum succedant patruo fratri parentum suorum, vt probatur in d. authent. de hæred. ab intest. §. si igitur. 2. vers. huiusmodi. & per alios textus de quibus sup. nu. 6. atque adeò emendatam fuisse in hac parte dispositionem Iuris antiqui, vt notant Gloss. verbo, vt puta. & verbo. vendicationem. in d. leg. 1. §. vlt. ff. si pars hæred. vbi eam Doctores communiter sequuntur. Gloss. in §. si plures. verb. habetur. ad Inst. de leg. agn. success. Gloss. verb. thiis. in d. §. si igitur. Gloss. verb. parentum. in d. vers. huiusmodi. Anto. Gom. in d. l. 8. Tau. num. 11. Sonsbech. vbi sup. nu. 98. & num. 107. & alij quos refert Tiraq. dicta Gloss. 12. num. 5. in princ. XXI.

Iuxta antiquum Ius procedit textus in §. hoc etiam. Instit. de leg. agn. success. & quod ad illum Theophylus affirmat nepotes filios fratrum successuros esse in capita, & non per repræsentationem in stirpes, quando cum iis non concurrit aliquis patruus frater defuncti, quia tum Imperator, tum Theophylus, locuti sunt iuxta antiquum Ius ante auth. quæ postea facta fuerunt, quod clarius ostenditur, quia vtérque ait nepotes fratris defuncti ei non posse succedere, quando existit aliquis frater eius, quia solus hic debet accipere totam hæreditatem exclusis nepotibus. Constat verò hoc fieri non posse nisi iuxta regulam iuris antiqui, quia iuxta nouum ius authentic. frater defuncti non excludit ab hæreditate nepotes. Imo succedunt simul in stirpes cum eo patruo: dicto authent. de hæred. §. si igitur secundo, & ita fatentur Azo. & qui eum sequuntur. Quare certum est neutrum posse allegari in fauorem opinionis Azonis vti perperam fecerunt Couar. in dicta Epito. de successionibus ab intest. nu. 8. Balduinus in d. §. hoc etiam, & ibi Curtius in edition. super Theophilum.

XXIII. Hæc autem dispositio Iuris antiqui non solum emendata est per nouum Ius d. auth. de hæred. ab intest. in casu quo concurrunt nepotes cum patruo fratre defuncti, sed etiam quando sine patruo succedunt, vt latè probauimus num. 6. & fatentur omnes qui sequuntur communem opinionem citati num. 5. ad textum vero in d. authent. de hæred. §. si igitur secundo. vers. sed & ipsis. qui supra expensus est, nu. 1. ad probandum contrarium, respondetur non solum non probare opinionem Azonis, sed potius confirmare nostram: quia & si Imperator in vers. huiusmodi dicti. §. si igitur. concessisset beneficium repræsentationis nepotibus indistinctè, vt supra dictum, num. 6. dubitari tamen adhuc poterat, an illud etiam beneficium concederet in eo casu, quo cum illis concurreret aliquis patruus frater defuncti, quia magis dubium hoc erat, quam ille alius casus quando nepotes inter se sine concursu patrui prætendebant succedere patruo defuncto, cum per regulas iuris patruus eos ab hæreditate fratris excluderet, quam solus adibat, tanquam propinquior. dict. §. hoc etiam. & §. si plures. eiusdem tituli. Et ita admissis nepotibus vna cum eo per beneficium repręsentationis maius ei damnum inferebatur, quam nepotibus inter se quando non concurrebat aliquis patruus, quandoquidem quia erant omnes in eodem gradu, omnes succedere debebant in capita, sine beneficio repræsentationis, quæ

in his terminis hoc solum agit, vt succedatur in stirpes, vt sup. dict. n. 7. Et quia mens Imperatoris in dicto versu. huiusmodi. fuit comprehendere etiam hunc casum, quem verba non expresserant, addidit dictum vers. Sed & ipsis. in quo per modum ampliationis declarat se etiam concedere beneficium repræsentationis nepotibus, quando concurrunt cum patruis: quod clarè notant illa verba, *sed & ipsis*, quæ idem significant, ac *sed etiam ipsis*, Glossa penult. in l. 2. ff. nequis eum. Barto. in l. sed & si lege, in princ. ff. de pet. hæred. Et sic exprimunt vnum casum magis dubium, & includunt alium minus dubium: iuxta ea quæ resoluunt Doctores textu. Ibi, in leg. etiam in principio. ff. soluto Matrimonio. Glos. verb. Ecclesiæ. iuncto textu. in Clementina. 2. de hæred. recepta, vt notant Ryminalis in princi. Inst. de Donat. 164. Menoch. de arbir. casu 68. nu. 40. Itaque non restringit Imperator. in d. vers. sed &: quod dixerat in d. vers. huiusmodi, imò exponit & ampliat, vt notarunt Anton. Gomes in d. leg. 8. n. 10. & Sonsbech. d. part. 9. num. 107.

Aliter responderi potest obseruando Imperatorem statuisse, XXIV. tum in §. si igitur 1. tum in §. si igitur 2. in princ. vt fratres germani defuncti, qui relictis liberis mortuus est, concurrerent in eius successione cum quocumque ascendente eiusdem defuncti, & idem disposuisse indistinctè in vers. huiusmodi, qui concedebat beneficium repræsentationis nepotibus filiis fratrum defuncti ad ingrediendum in locum, & Ius parentum suorum, & ferendum partem hæreditatis, quam ipsi laturi erant si viuerent, quod priuilegium non dabatur cuipiam alij propinquo collaterali, & quia vi huius concessionis dicti nepotes poterant concurrere cum fratribus dicti defuncti iuxta vers. si autem dicti. §. si igitur secundo. dubitare quis poterat an gauderent eodem beneficio repræsentationis, vt possent concurrere cum ascendentibus defuncti, quemadmodum parentes concurrere debebant si viuerent?

Hanc dubitationem sustulit Imperator in d. vers. sed vt XXV. ipsis, quia cum dixisset in vers. huiusmodi, nulli alij propinquo collaterali concedere se beneficium repræsentationis, nisi tantum nepotibus filiis fratrum defuncti addidit: hoc eis etiam beneficium concedere quando concurrerent cum suis patruis: tantum significans non permittere se, vt concurrerent cum aliquo ascendente defuncti, vt melius declaratum est In §. si autem

quod immediatè sequitur: Ibi, *si autem cum fratribus defuncti etiam ascendentes ad hæreditatem vocantur, nullo modo ad successionem ab intestato patris, aut sororis filios vocari permittimus*. Idem colligitur clarè ex authent. vt fratrum filij.in princip. vers. si vero. Collat. 9. vbi Imperator referens dispofuisse se in dicto authent. de hæred. ab intest. filios fratrum non posse concurrere cum aliquo ascendente defuncti de nouo disposuit, vt etiam concurrerent cum ascendentibus & fratribus eiusdem defuncti per beneficium repræsentationis, quemadmodum fratres eorum concursuri erant, si viuerent, emendans dispositionem text. in d. vers. sed & ipsis, cum §. sequente, vbi id notauit Gloss. verbo. nullo modo. Gloss. & communis, Ibi, in auth. defuncto. verbo. vocantur. Cod. ad Tertull. Gloss. 2. in d. authent. vt fratrum filij, & est communis opinio iuxt. Couar. in d. Epit. de success. ab intest. num. 5. Villalob. in Ærar. commun. litera f. nu. 233.

XXVI. Itaque ex eo quod Imperator. vers. sed vt & ipsis. dixit concedere se nepotibus beneficium repræsentationis, quando concurrebant cum suis patruis tantum, non sequitur negasse quando inter se sine patruo volebant succedere fratri suorum parentum, sed declarauit se non permittere, vt concurrerent cum aliquo ascendente defuncti, & ita excipiendo hunc casum particularem ostendit concessisse se repræsentationem in omni alio casu, tum quando concurrunt cum patruo fratre defuncti, tum quando soli volunt succedere. text. in leg. nam quod liquidæ. 4. §. vlt. in fin. ff. de penu. leg. & eod. modo respondetur ad text. in d. §. si autem cum fratribus vers. quandoquidem. supra adducto. num. 1.

XXVII. Ad textum in d. authent. vt fratrum filij. in princ. sup. expensum. nu. 1. Respondetur fatendo Imperatorem ibi solum retulisse casum in quo nepotes concurrebant cum patruo fratre defuncti, non ideò tamen significare eis ademisse in aliis casibus repræsentationem, quia cum statueret emendare quod erat dispositum in d. vers. sed & ipsis. cum §. sequente decernendo, vt nepotes filij fratrum possent concurrere cum aliis fratribus, & simul cum quocumque ascendente defuncti, necesse non erat referre, concessisse se priuilegium repræsentationis generaliter dictis nepotibus: nec opus erat dicere se id concessisse quando sine aliquo patruo volebant succedere, sed satis erat dicere se concessisse tale beneficium, vt concurrerent cum fratribus defun-

cti, quia de nouo addebat vt possent etiam concurrere cum ascendentibus eiusdem defuncti. Et hoc colligitur manifeste ex toto text. in d. authent. vt fratrum, in princ. & specialiter ex illis verbis (fratres quidem iussimus per ipsam legem cum parentibus vocari, fratris vero filios exclusimus. Hoc itaque iustè corrigentes sancimus, &c. cum ascendentibus, & fratribus vocantur etiam præmortui fratris filij.) Sed in his Regnis fratres aut nepotes non possunt succedere defuncto, cui pater aut mater viui superfuerunt. Ord. lib. 4. tit. 75. in princ. Quod etiam disposuit lex septima Tauri. & l. 1. tit. 6. lib. tertij fori, & notant Couar. in d. Epit. de success. ab intest. num. 6. & Rojas in Epit. success. c. 29. num. 35. cum sequente.

ARTICVLVS QVINTVS.

Reliqua in contrarium Argumenta soluuntur.


SEcundum Argumentum allatum numero secundo soluitur primo, fatendo beneficium repræsentationis concessum fuisse in fauorem nepotum, esseque priuilegium & remedium extra ordinarium, aduertendo tamen, illud non in eo consistere, quod nepotes per illud admittantur ad hæred. patrui fratris parentum in casibus quibus à iure excluduntur, vt idem Argumentum significat, sed consistere in eo quod ingrediuntur in locum & Ius parentum vt succedant patruis, & eandem partem hæreditatis accipiant, quam parentes accepturi erant si viuerent d. §. si igitur 2. versu. huiusmodi, & dict. sup. quæst. 3. nu. 21. Ita vt vnum ex beneficiis repræsentationis sit, admitti ad hæreditatem patrui cum alio patruo contra regulas iuris, alterum vero sit ab hoc distinctum, quemadmodum etiam est posse nepotes dimidios fratres defuncti excludere. §. si igitur. 2. versu. vnde consequens. & patruos eiusdem defuncti. d. §. si autem. vers. illud palam, alij sunt effectus repræsentationis, quin tamen sint eadem repræsentatio: Quæ solum consistit in eo quod reponat filios in locum, & ius parentum. §. cum filius. vers. & quia. instituta de hæred. quæ ab intest. defer. In quo est essentia dicti priuilegij, in d. vers. huiusmodi. XXVIII.

Hoc posito dicendum est legem voluisse nepotibus fauere ponendo eos in locum & ius parentum, quia hoc modo ac- XXIX.

cepturi erant hæreditatem patrui, quam sine repræsentatione non acciperent, tum excludendo patruos & dimidios fratres defuncti. vers. vnde consequens. & vers. illud. tum concurrendo cum fratribus integris. §. si igitur secundò. vers. si autem, & tandem vnus nepos filius vnius fratris accepturus erat tantum hæreditatis, quantum accipiunt vnus aut plures filij alterius fratris, iuxta. §. cum filius. quæ omnia sunt contra regulas Iuris antiqui. §. si plures Instit. de leg. agn. leg. 2. §. hæc hæred. Et quamquam in hoc vlt. casu duo aut plures filij alterius fratris supposita repræsentatione, perquam succedunt in stirpem minus accipiunt, quam accepturi erant succedendo in capita, singulare est quod lex non curauit, quæ ad plures casus respexit, quos nuper adduximus, at in iis vtilis erat repræsentatio argumento legis, nam ad ea. ff. de legibus. iuncta lege. prospexit. ff. qui & à quibus. nec est contra regulam legis. quod fauore. quæ solum ait non debere redundare in damnum personæ, quod in eius fauorem conceditur, & in hoc casu beneficium repræsentationis concessum filio non redundat in eius damnum, imo potius in vtilitatem, quandoquidem virtute illius accipit dimidiam hæreditatem patrui, quam accepturus non erat si succederet in capita citra beneficium repræsentationis. Et si autem hinc damnum aliquod sequatur aliis filiis alterius fratris, qui in hoc casu minus accipiunt, id non est contra leg. quod fauore. nec tollit æquitatem Iuris quod voluit fauere filiis fratrum, vt mediante repræsentatione haberent locum & ius parentum, nec desinit esse fauorabilis. Quamquam in aliquo casu aliquod damnum emergat, iuxta doctrinam Gloss. in c. sciant cuncti verb. alios. de Elect. in 6. & aliarum similium quas citat & sequitur Couar. lib. 1. Resolutionum, cap. 11. n. 5. & ita Bartol. & Paul. in l. qui exceptionem, per textum ibi. ff. de Condic. indeb. & Tiraq. de Retract. tit. 1. §. 30. Glos. 1. num. 5.

XXX. Accedit quod in dicto casu, duo aut plures filij defuncti, qui succedunt in dimidium hæreditatis, non possunt dicere repræsentationem afferre damnum, quia accipiunt partem hæreditatis quam pater si viueret accepturus erat, & posset contingere, vt illi essent pauciores, & hac ratione per repræsentationem acciperent maiorem partem hæreditatis, quam accepturi erant, si succederent in capita: deinde quia quamquam sint multi, aliunde vtilis est repræsentatio, cum per illam excludant dimidios fratres & patruos defuncti compensante eis lege ac

vtilitate damnum, quod aliquando possent accipere, & ita procedit regula. c. qui sentit. de Reg. Iur. in 6. lege. si Merces. §. vis maior. ff. locati. Ibi, *modicum damnum ferre debet Colonus, cui immodicum lucrum non aufertur.*

Eodem modo dicendum est, quod, & si quando nepotes non concurrunt cum aliquo fratre defuncti non indigent beneficio repræsentationis, vt ei succedant in capita, iuxta text. in lege 2. §. hæc hæreditas, egent tamen illo beneficio vt ei succedant, sicut parentes erant successuri accepta eadem parte hæred. quam ipsi accepturi erant, excludendo eos, quos parentes erant exclusuri, vt dictum sup. nu. 28. Et ita cessat regula dictæ legis. in causa. & l. vn. de quibus sup. nu. 2. Quæ non procedit quando beneficium extraordinarium vtilius est, quam remedium ordinarium, vt docet Glos. verbo constat. vers. sed certè. in lege. vlt. C. si aduersus rem Iudicat. Quam sequitur ibi Barto. & in lege. Æmilius. num. 3. ff. de minor. Abbas, & alij quos refert, & sequitur Pinel. in lege 2. C. de rescind. 3. c. 1. num. 19. Padilla in authent. res quæ. nu. 51. C. comm. de Legatis. XXXI.

Deinde lex non concessit beneficium repręsentationis in hoc tantum casu, sed generaliter, & indistinctè; quare nonobstante quod comprehendat etiam casum, in quo nepotes sine repræsentatione possent aliquo modo succedere patruo fratri parentum: non idcircò dici potest eiusmodi beneficium non fuisse necessarium, cum maximè necessarium esset respectu illorum casuum in quibus citra repræsentationem, aut succedere non poterant, aut minorem partem hæred. ferebant, quam laturus erat pater eorum, si viueret. XXXII.

Confirmantur hæc omnia, quia hoc beneficium repræsentationis fuit concessum collateralibus ad exemplum eius, quod antiquo iure concessum erat descendentibus, vt sup. d. nu. 11. Compertum est autem quando in linea descendentium concurrunt multi nepotes defuncti sine patruo, gaudere illos beneficio repræsentationis, tanquam fauorabili & necessario, vt pauciores accipiant portionem quam accepturus erat pater, si viueret, nonobstante damno quod redundare poterat in plures, accipiendo minus quam accepturi erant succedendo in capita citra repræsentationem, vt probat. [illegible]cum filius. & sup. d. n. 11. Quare idem dicendum est de beneficio repræsentationis, quæ conceditur in linea collateralium nepotibus, qui nullo concurrente patruo volunt succedere. XXXIII.

Tertium Argumentum adductum num. 3. soluitur dicendo XXXIV.

l. 5. tit. 13. part. 6. & l. 13. tit. 6. lib. 3. for. legum. sequentes opinionem Azonis, contrarias esse Legibus Imperialibus, vt fatentur Gregor. Lop. Anto. Gom. Mol. & Perez citati supra nu. 3. Atque adeo solum habent locum in Regnis Castellæ iuxta regulam legis. cunctos populos. in princ. C. de Summa Trinit. leg. vlt. ff. de Iur. crim. in d. cap. 2. de Constit. in 6. Et consequenter carent auctoritate in his Regnis, in quibus seruantur Leges Imperiales & opiniones Accurtij, & Bartoli quando non sunt communiter reprobatæ, vt sup. d. nu. 17. Et eodem modo respondetur legi factæ à Carolo V. in Germania, quæ tantum viget in terris subiectis imperio, cui hæc Regna non sunt subiecta, nec alia Regna Hispaniæ, iuxt. Glos. penult. in C. Adrianus 11. 63. dist. receptam à multis citatis sup. qu. 1. nu. 8.

XXXV. Quod verò attinet ad Consuetudines, sententias & determinationes multarum partium, in quibus seruatur opinio Azonis, respondetur, inde non concludi, idem seruandum esse in his Regnis, in quibus contraria consuetudo viget, & satis erat Decretum Ordin. l. 2. tit. 5. quo iubet seruari Leges Imperiales, & sententias Accurtij, & Bartoli, quæ contrarium prorsus docent: Accedit quod maxima pars illarum sententiarum latæ sunt in camera Imperiali. iuxta d. legem Caroli V. vt refert Ioachinus Centuria 3. obseruat. 94. vel in Regnis Galliæ, vt notant Rebuff. & alij citati à Couar. de successio. ab Intest. num. 8. Ioan. Pichard. & Balduinus relati, nu. 3. in quibus Regnis locum non habet repræsentatio in linea collateralium, vt affirmant addit. ad Alex. Consil. 55. nu. 4. lib. 1. vbi respicitur: Id quod dixit in Consuetudine Paris. §. 149. & Balduinus in d. §. hoc etiam verbo frater, & in §. cum filius in princ. versu. item si ex duobus.

XXXVI. Ordinationis loco. l. 4. tit. 75. §. 3. vers. *esse autem*. de quo sup. num. 3. Respondetur illum non agere de repræsentatione: qua in re supponendum est, lege imperiali decerni fœminam secundo nupram, si habuerit filios ex primo Matrimonio, quorum aliquis mortuus sit ab Intestato, & sine liberis ante, aut post nuptias, teneri reseruare proprietatem bonorum, quæ hæreditate accipit, si sint debita ex parte patris, aut aui paterni, vt per eius mortem veniant ad alios filios dicti Matrimonij. text. in l. fœminæ. §. illud. iunct. authent. ex testamento. C. de secund. nupt. & resoluunt Boër. Decis. 185. à nu. 6. Anto. Gom. in l. 14. Tauri à nu. 1. Anto. Gab. lib. 3. commu. tit.

de

de ſecundis nuptiis concluſione 3. Burſatus Concilio 12. à principio. lib. primo. quam obligationem habebat etiamſi caruiſſet liberis, ſi haberet nepotes aut pronepotes primi matrimonij, vel habendo filios & nepotes ſimul, vt ſignificat text. in §. illud. Ibi, *ſi nullam ex priore Matrimonio habuerit ſucceſſionem.* Iuncta lege. in quibus. & lege. ſi quis prioris. in principio. C. eodem tit. Et poſt Bertr. & Rip. reſoluit Anto. Gab. vbi ſup. concluſione 1. nu. 8. & 9. & poſt Baldum, & alios Burſatus Concil. 12. nu. 9.

Itaque de Iure communi mater ſuccedit ab inteſtato tali filio ſimul cum ſuis fratribus in ea bona, ſiue vidua ſit, ſiue nupta ſecundo quando filius moritur. Text. in authent. de nuptiis. §. Hinc nos verſ. ſi autem col. 4. Ibi, *iam ad ſecundas veniente matre nuptias, aut poſtea veniente, vocetur quidem & ipſa, &c. ab inteſtato ad eius ſucceſſionem*, d. authent. ex teſtamento. Ibi, *ab inteſtato quoque vocatur, ſiue ante mortem filij, ſiue poſtea, &c.* Et tamen Lex priuat proprietate, & tantùm ei permittit vſumfructum obligando eam reſeruare bona, vt maneant libera per eius mortem filiis primi matrimonij, vel eorum deſcendentibus. §. illud. d. auth. ex teſtamento. XXXVII.

Supponendum item eſt dictam Ord. tit. 75. in princip. ſtatuiſſe patrem aut matrem ſuperſtitem ex integro ſuccedere in bona cuiuſcumque filij, qui ab inteſtato ſine deſcendentibus moreretur, contra id quod Ius commune in hac parte ſtatuit in lege. ſi quis. & auth. defuncto. C. ad Senat. Conſ. Tertull. & in d. §. 3. ſecuta eſt diſpoſitionem Iuris communis, dum ſtatuit fœminam ſecundo nuptam, quæ ante vel poſt nuptias ſucceſſit cuipiam liberorum ex primo Matrimonio accipere debere vſumfructum bonorum, quæ ob mortem filij accepit ſi ſint habita ex parte patris vel aui paterni, & teneri reſeruare proprietatem illorum, vt morte ſua relinquantur filiis primi matrimonij tantum, vel filiis & nepotibus eorum ſimul. Et tamen dicta. Ordin. ſecuta non eſt ius commune. Imo illud emendauit in eo caſu quo dicta fœmina ſine liberis ex primo matrimonio moreretur ſtatuendo, vt ſi remanerent nepotes filij alicuius illorum liberorum, eius morte illa bona non acciperent. XXXVIII

Hoc poſito conſtat in nullo horum caſuum dict. Ordin. de quibus ſuprà num. 3. poſſe conſiderari repræſentationem, quia tum iure vt ſup. nu. 37. tum dicta Ordin. conſtat matrem ſuccedere filio in bonis, de quibus ibi his verbis, *Sua* XXXIX.

O

mãi lhe socceder, & ibi, *ou ja ao tempo, que socceddeo, era casada*: Et consequenter quando per mortem huiusmodi fœminæ, eius filij & nepotes succedunt in illa bona, non succedunt fratri, & patruo, tanquam hæredes cum mater hæres fuerit, sed illa acquirunt ex applicatione legis, vt inter eos diuiderentur. argum. text. in auth. lucrum: Ibi, *lege distribuitur*, & in authent. hæres. C. de secundis nuptiis. & Baldum in lege generaliter. §. in his. C. de secund. nupt. & aduertit Pinel. lege 1. C. de bon. mat. 1. parte num. 38. Atque adeo dici non potest nepotes concurrere in partitione & acquisitione eorum bonorum cum patruis per repræsentationem, cum constet repræsentationi locum non esse nisi in successionibus hæreditariis, vt supra docuimus qu. 3. num. 21. & solum concurrunt ex Decreto legis illis ea bona applicantis.

XL. Conuincitur istud perspicuè, cum sit manifestum ante Ius nouum authenticorum non esse locum repræsentationi in linea collaterali. l. ex textu lege. vers. his etenim. C. de leg. hæred. §. hoc etiam. Inst. de leg. agn. success. & sup. dicta. à nu. 21. Quare cum Decreto Codicis concurrerent nepotes cum patruis in acquisitione bonorum patrui defuncti, vt probatum est sup. nu. 36. Rectè sequitur non fieri istum concursum beneficio repręsentationis, quod adhuc non erat concessum, sed particulari decreto legum, quam Ord. in hoc casu secuta est nulla facta mentione repræsentationis.

XLI. Liquet pręterea iure auth. non concedi in linea collaterali beneficium repræsentationis, nisi tantum filiis fratrum. iuxta textum in dicto authent. de hæred. ab intest. §. si igitur 2. vers. huiusmodi. dicto auth. post fratres. 2. & supra diximus qu. 3. nu. 22. Quare cum constet in acquisitione eorum bonorum non solum concurrere cum patruis nepotes filios fratrum, sed etiam nepotes & pronepotes. lege. in quibus, & lege. si quis prioris. in princip. Patet dictum concursum non fieri per repræsentationem, neque Ordinarionem de illa egisse.

XLII. Neque oppositum colligitur ex verbis eiusdem Ord. Ibi, *concorram na soccessam do thio morto com othio viuo*, quæ videbantur significare nepotes simul cum patruo succedere tanquam hæredes patruo defuncto, & per repræsentationem: quia Ordinatio non ait tales nepotes, & patruum, hæredes esse patrui defuncti, sed solum ait, vt concurrant omnes in successione patrui defuncti, id est, in bona quæ manserunt eiusdem patrui, accepta à patre vel auo paterno, iuxta dicta in principio

eiusdem. §. tertij. Nec est absurdum vocare illa bona *successionem patrui defuncti*, quamquam nepotes, & patruus viuus ei non succedant tanquam hæredes cum bona eius fuerint, & illi qui succedunt vocari successores possint. Atgum. text. in l. si tibi. 18. §. pactum. in fine. Ibi, *per donationem successio facta sit.* ff. de pact. l. ait Prætor. 7. in fine. Iuncta l. seq. ff. de Iureiur. Ibi (*etiam si in rem successerint*, sed in vera successione vniuersali, & hæreditaria patrui defuncti non ait Ord. nepotes concurrere cum patruo viuo, imo in principio dicti. §. dixerat mattem succedere tali filio, vt supra d. nu. 39.

Iuxta hæc in alio casu, in quo dicit Ord. si mortua ea fœmina nulli superstites filij sint ex primo Matrimonio, & si maneanr nepotes filij alicuius ex liberis, tales nepotes accepturos non esse ea bona, non negauit repræsentationem nepotibus defuncti, quod non concurrerent cum patruo, de quo nunc agimus, & ratio quidem constat, quia quandoquidem non egit de repræsentatione in casu in quo admittir nepotes cum patruo, nec item negauit, quando cum illo non concurrunr. Tantum dici debet noluisse Ordinationem in hoc casu fauere nepotibus primi matrimonij solis, applicando eis bona de quibus agebat, sed præcipuè voluisse fauere filiis eius matrimonij, qui à secundo matrimonio offendebantur, & nepotibus item solum quando concurrererent cum talibus liberis, recedendo quoad hoc à Iure communi, vt superius diximus nu. 38. XLIII.

Atque hoc ipsum clarè colligitur ex verbis dictæ Ordin. Ibi (*não auera lugar a disposiçam desta lei*) quæ ostendunt manere ea bona liberis & nepotibus ex primo matrimonio, non per successionem hæreditariam, sed per dispositionem Legis, atque adeò sine repræsentatione, iùxt. superius. d. nu. 39. Et è contra ostendunt, non sequi ex eo, quod non maneant illa bona nepotibus eiusdem matrimonij solis, negari beneficium repræsentarionis, sed tantùm sequi non eis applicari illa bona per dispositionem Legis, vnde dici non potest dictam Ord. secutam fuisse opinionem Azonis. XLIV.

Confirmatur vlterius, quia Azo. & sequaces loquuntur de casu quo in successione patrui concurrunt nepotes filij duorum, aut plurium fratrum: in quo dubitari potest sit ne futura repræsentatio, vt sciatur quomodo accepturi sunt hæreditatem, quod alij magis, alij minus accepturi sunt. At vero Ordinatio procedit in casu quo solummodo sunt nepotes filij vnius fratris in quo si succedant non est opus agere de repræsentatione, quoniam ci- XLV.

tra illam, cum non concurrat alter consanguineus eiusdem gradus acceptuti sunt integram hæreditatem. Instit. de leg. agn. success.

XLVI. Præterea Azo. & qui eum sequuntur quando negant beneficium repræsentationis nepotibus filiis duorum aut plurium fratrum, quod cum illis patruus non concurrat, supponunt tales nepotes debere succedere, aut in capita, aut in stirpes, & quamquam negant succedere in stirpes per repręsentationem, non negant tamen citra illam successuros in capita: vt constat ex iis quæ scribunt omnes citati. sup. nu. 2. ad fin. & d. Ordin. statuit ne bona patrui transeant ad nepotes de quibus agit, & ita probat etiam sine repræsentatione non debere succedere, & ex consequenti secuta non est opinionem Azonis, nec egit de repræsentatione.

XVII. Quod attinet ad exemplum sententiæ latæ supra successionem Regni Aragoniæ, respondetur in eo casu locum non habuisse repręsentationem, sed non idcircò quod soli nepotes, sine concursu patrui volebant succedere. Cum constet concurrere cum iis amitam Isabellam Regis ipsius Martini sororem, quæ etiam conabatur succedere. iuxt. Garib. l. 32. c. 12. & cap. 17. & Zurita. d. lib. 10. cap. 87. Concurrebat etiam cum illis Iaymius Comes de Vrgel. Coniux ipsius Isabellæ, qui etiam volebat succedere, quia patruus erat Regis Martini, frater Regis Petri eiusdem Martini parentis, vt referunt Ancar. vers. his itaque, & Garibai. vbi sup. cap. 12. & cap. 17. Concurrebat item Alphonsus Dux Gandiæ quod esset nepos Regis Iaymij secundi, filij Petri Infantis eius filij Comitis de Ampurias, atque adeo consobrinus Regis Petri IV. & patruus Regis Martini, de cuius successione agebatur, vt scribit Ancar. d. vers. His itaque & Garibai. lib. 32. c. 11. & cap. 17. Vnde constat non posse applicari huic doctrinæ illud exemplum, & fore in eo casu repræsentationem iuxt. text. in auth. de hæred. ab Intest. ven. §. si igitur. 2. vers. si autem. & §. si autem cum fratribus, nisi intercederet impedimentum, & obstaret ratio de qua infra quæst. 5. à nu. 54.

CONCLVSIO.

HÆC est: Beneficium repræsentationis, etiam quando nepotes prætendunt succedere Regi patruo fratri parentum, sine concursu patrui, locum habet in horum Regnorum successione.



QVÆSTIO QVINTA.

VTRVM FOEMINÆ IN EIVSMODI SVCCESSIONE PATRES SVOS cum prærogatiua masculini sexus repræsentent.

ARTICVLVS PRIMVS.

Non posse fœminas viros repræsentare probatur Argumentis.



RIMVM est: quia videtur beneficium repræsentationis tantum concessum esse, vt filij repræsentarent gradum & locum patrum in successione de qua agitur, non autem ad repræsentandas personas. §. cum filius. Ibi, *in patris sui locum succedere*, Inst. de hæred. quæ ab intest. deferuntur. auth. ab intest. ab int. ven. in princ. ver. Nam in vsu. Ib. *in proprij parentis locum.* Colla. nona. & in §. si autem cum fratribus. Ibi (in propriorum parentum succedentes locum) auth. vt fratrum filij in princ. Ibi (paternum ad ingredientes gradum) eadem Coll. nona, & constat prærogatiuam viri non conuenire patri respectu loci, & gradus in quo est, nam sæpe in vno gradu concurrunt masculi & feminę in prin. & §. 1. cum sequent. Inst. de gradibus, sed respectu propriæ personæ dum vir est, & non femina. Argumento Legis. maximum vitium. C. de lib. pręter. §. Cęterum Inst. de leg. Agn. success. textu in l. vlt. ff. de fid. Inst. Ibi, *marem fœminæ preferemus.* Quare quandoquidem prærogatiua viri personalis est, & non inuenitur in persona filiæ, neque leges, quæ concedunt beneficium repręsentationis illam communicant, sequitur filias in succes- 1.

sione horum Regnorum non posse repræsentare Patres cum eiusmodi prærogariua, quæ tanquam purè personalis cessat, & extinguitur eius morte: iuxta regulam. l. 3. in fine. ff. de cens. l. quia tale. ff. soluto matrimonio, & tanquam priuilegium inductum contra regulas iuris: auth. de hæred. §. si igitur. 2. ver. huiusmodi. non potest ampliari plusquam verba significant, quibus Lex illud concessit l. quod constirutum. 22. *quantum ad verba.* ff. de mil. test. c. 1. §. 8. de fil. Presbyt. lib. 6.

II. Quare Bart. ex text. Ibi, in l. 2. C. de lib. preter. resoluit, filios, etsi vtantur beneficio repræsentationis non tamen succedere ex persona patris, sed ex sua priuata persona, quia per repræsentationem nihil aliud acquirit filius, quam locum & gradum patris. Idem resoluit Bartol. l. 1. §. si sit nepos. ff. de Collat. dot. & in l. 1. §. si sit filius. ad medium. ff. de coniun. cum emancip. quem sequuntur plures, quos referunt Ias. in l. is potest. nu. 42. vbi Aret. col. 2. ff. de acq. hæt. & in l. 2. nu. 4. C. de success. edict. Alex. in l. pactum. nu. 7. c. de Collation. Ruinus Cons. 43. nu. 9. lib. 2. Tiraq. de Iure primog. qu. 40. nu. 111. Marant. in rep. d. l. is potest. nu. 256. Anto. à Gama Decis. 385. nu. 3.

III. Secundò probatur, quia leges non fingunt res, quæ natura sua sunt impossibiles in genere & in specie, vt probat textus in l. adoptio enim. ff. de adopt. §. minorem. Inst. eo tit. & resoluit. Glo. magna ante finem. in l. Gallus. §. si eius. ff. de liberis. & post. Glo. vlt. in l. talis. ff. de legar. 1. Bart. in l. si is qui pro emptore. nu. 22. Et ibi Crot. nu. 33. ff. de vsu cap. Anto. Gom. in l. 45. Tau. 19. col. 3. Tiraq. de caussa cessante lim. 1. n. 75. Et constat quia natura ipsa impossibile est, vt femina sit masculus, & contra. Argum. text. in l. quæritur 10. ff. de sta. hom. lege. vers. cum natura. C. de leg. hæred. & notat Afflictis post Petrum de Monteforr. c. 1. in princ. à n. 43. & n. 46. de nat. success. Feud. Quare etsi beneficium repræsentationis sit fictio legis, vt supradictum. qu. 3. nu. 4. operari non potest vt filia repræsentet patrem cum prærogatiua masculi, quia fingeret Lex fœminam esse masculum, quod est absurdum & monstrum vocat Afflict. vbi sup. nu. 45.

IV. Accedit quod si filia repræsentaret patrem cum prerogatiua masculi, fingeret lex res duas admodum diuersas & raras; alteram dum beneficio repræsentationis ponit filiam in loco & gradu patris. dic. §. cum filius, alteram dum fingit fœminam esse masculum: Est autem compertum in iure Leges non in-

ducere duas fictiones in vno casu. text. in l. 1. C. de dot. promiss. & exponit Glo. verb. placuit. In l. cum post. 170. §. 1. ff. de Iure dot. Bart. & repetentes in dictam leg. si is. vbi Crot. nu. 95. & est commu. iuxta Anto. Gam. dic. l. 45. num. 91. col. 2. Anto. Gam. Decis. 59. nu. 2.

Tertiò probatur ex regula deducta ex text. in l. si viua matre. ver. Nam licet. C. de bon. maternis. Ibi, *non tamen abs re est, vt in hoc casu deteriores esse nepotibus filij non sinantur.* Quæ generaliter firmat absurdum esse in iure, vt nepotes aut neptes sint melioris conditionis, quam filij aut filiæ, vt notant Doctores ob illum textum diuersis in locis, solutis ex illo variis quæstionibus, vt constat ex iis quos allegat. Pinel. num. 19. Tiraq. de Iure primog. quæst. 40. num. 20. Anto. Gom. in l. 40. Tau. nu. 61. Molina li. 3. c. 5. nu. 51. Et constat quod si fœmina repræsentaret patrem cum prærogatiua masculi, sequeretur neptem Regis, filiam filij primogeniti meliorem conditionem habituram, quam quemuis alium filium Regis, quem neptis excluderet, quemadmodum pater exclusurus erat, iuxta regulam. l. vltimæ. ff. de fid. instrumenti. Ibi, *semper seniorem iuniori præferemus.* Cum sit certum si esset filia eiusdem Regis à quolibet fratre esse excludendam, quamuis iunior esset. dic. l. vlt. Ibi (marem fœminæ.) l. 2. tit. 15. part. 2. Et ibi, Greg. Lop. vergo *fijo uaron*, Couar. Var. l. 3. c. 5. num. 5. Anto. Gom. in l. 40. Tauri. nu. 62. Palaëz de Iustitia & Iur. obtin. ac ret. part. 6. §. 9. Et post multos quos citat. Molina l. 3. c. 4. n. 4. & 5. & 21. & probat nost. extraua. l. 12. tit. 1. p. 6. Cuius mentionem facit Costa de success. Reg. p. 218. ver. At enim. & pag. 272. ver. quod cum. & in materia Emphyteut. Ord. lib. 4. tit. 62. §. 3. V.

Quartò probatur auctoritate Bartoli in lege. liberum. nu. 13. ff. d. verb. signif. Vbi resoluit, etsi filius aliquo particulari statuto, quod sit masculus, excludat sorores iam dotatas à successione patris: Neptem tamen, filiam talis filij non excludere amitam sororem patris sui, quia non potest habere prærogatiuam masculi. Quam doctrinam Bartoli sequuntur Ias. n. 6. Deci. nu. 7. l. 2. C. de in ius voc. Corneus in l. maximum vitium. nu. 7. C. de lib. præter Ias. Cons. 221. col. 3. ad finem. lib. 2. Ruinus Cons. 161. col. vlt. lib. 3. Roland. Cons. 82. col. pen. ad medium. lib. 3. Soc. Iun. Cons. 186. nu. 46. lib. 2. Peralta in rub. ff. de hær. Inst. nu. 128. Molina lib. 3. c. 6. num. 49. Mouentur Bartolus, & qui eum sequuntur text. in l. vlt. C. de VI.

nar. liber. Dum probat legem, quæ disponit aliquid in filiis tum respectu ad certam qualitatem propriam illorum, non habere locum in nepotibus aut nepribus, quæ non sunt illius capaces, vt ex d. textu notant Baldus, & Doctores. ibi, text. in l. 1. C. de priuil. dot. & in l. pen. §. si puellæ. ff. de rit. nupt. Alexander, & alij quos refert Tiraq. qu. 40. nu. 54. Grammat. Decis. nu. 4. Aluar. Vaz. qu. 50. nu. 15. & alij citati à Duen. regula 566. ver. limita secundo, & sequent. Pinelus lege. si viua. à nu. 20. & resoluit Baldus in L. certi condict. vers. sed si actio. ff. si certum pet. res subrogatas in locum aliarum non sequi illarum naturam, quando non habent easdem proprietates. Idem probant Purpuratus in dic. leg. Certi. Alexander, & alij quos refert Anto. Gab. lib. 6. commu. tit. de Iur. reg. Conclusione 2. nu. 66. Gom. in §. fuerat. nu. 13. vers. 5. Inst. de actionibus. Quare cum filia non habeat prærogatiuam masculi quam eius pater habebat, sequitur non posse eum repræsentare cum prærogatiua masculi, etsi beneficio repræsentationis in eius locum & gradum succedat.

VII. Tandem confirmatur exemplo sententiæ latæ super successionem Regni Aragoniæ in casu sup. relato. qu. 4. num. 4. In quo ferenda sententia erat pro Violanta nepra Regis Martini, filia Regis Ioannis fratris, si filiæ repræsentarent patres cum prærogatiua masculi cuius virtute Ioannes eius pater exclusurus erat Reginam Eleonoram sororem matrem Fernandi, pro quo lata sententia est. Quare eodem modo videtur dicendum in successione horum Regnorum filias non repræsentare Patres cum prærogatiua masculi.

VIII. Propter hæc fundamenta Doctores hac de re agentes existimarunt filiam non posse repræsentare patrem cum prærogatiua masculi; & ita censent Ioannes Fab. in §. cæterùm. Inst. de Legibus success. Pet. de Mont. quem refert, & sequitur Afflict. in c. 1. de nat. success. feudi. in princ. nu. 54. ad finem. idem, Afflict. lib. 3. constit. rubrica. 23. nu. 65. Gulielm. Et alij quos citat Tiraq. de iur. 1. primog. qu. 14. num. 2. Peralta, in rub. ff. de hæred. Inst. nu. 126. versu. videbatur.

ARTIC.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Manifestum esse fœminas repræsentare patres cum prærogatiua masculi, Argumentis ostenditur.



ERVM affirmandum est contrarium cum Petro de Bella pertic. in l. pater filium. §. 15. ff. de Legib. 3. & aliis quos citat Tiraq. qu. 14. nu. 3. & 4. & Couar. pract. c. vlt. nu. 8. vers. 4. licet. & post alios Molina lib. 3. c. 8. nu. 10. vbi cum Paris. & alij quos allegat, ait hanc esse communem opinionem: Eandem sequitur Alciatus Consilio 39. lib. 2. in nouis typis. Perez ad l. 1. tit. 2. lib. 5. Ord. pag. 116. in princ. Burg. in Proœm. ad leg. Tau. nu. 120. & Cons. 29. nu. 25. Ioan. Tho. Mari. post alios quos citat in tract. de Feudis lib. 1. tit. 6. nu. 23. & tit. 11. nu. 47. Gregorius Nata. in tractatu. An stantibus masculis. qu. 2. num. 27. Thom. Grammaticus. Decis. 1. num. 18. & seq. Thob. Non. Consilio 36. nu. 6. & latè Palaëz de maioratu, & melior. Hisp. 2. part. quæst. 6. nu. 15. & nu. 19. vbi ait: ita seruari consuetudine Hispaniæ, & specialiter in successione huius Regni sequitur hanc opinionem Costa de successione Regni, pag. 198. versu in Regni. IX.

Probatur primò, quia beneficium repræsentationis iure ipso generaliter conceditur fœminis & masculis, vt illius virtute vtrique repræsentent patres & matres, non solum tenendo locum & gradum eorum text. In dic. §. cum filius. Ibi, *Nepotes neptésque in patris sui locum succedere*: & Ibi, *in parentis sui locum succedere*: Et ibi, *in parentis sui locum succedere.* Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. iuncto d. authent. vt fratrum filij. in princip. Ibi, *Paternum ad ingredientes gradum*, sed etiam succedendo in omne ius, quod illi habituri erant si viuerent, vt probat text. in l. Posthum. ff. de Iniust. rupt. & in §. Posthum. Inst. de ex hæred. lib. Ibi (*Incipit nepos, neptisve in eius locum succedere, & eo modo iura suorum hæredum quasi agnatione nanciscitur*) text. in d. auth. de hæred. ab intest. ven. §. si igitur. 2. vers. huiusmodi. Ibi, *fratrum masculorum & fœminarum filiis, aut filiabus, vt in suorum parentum iure succedant*: Et constat, cùm prærogatiuam X.

masculi, tum cæteras omnes per quas pater poterat habere successionem, de qua agitur, comprehendi in illis verbis: *In suorum parentum iure.* Argum. text. in l. Ius singulare. 15. ff. de leg. l. pen. C. de pact. Ibi, *Sacerdotij, prærogatiuam*: Et ibi, *suo autem iure vti.* Itaque affirmandum est filiam beneficio repræsentationis repræsentaturam esse patrem in successione horum Regnorum cum prærogatiua masculi, vt ita succedat in integrum eius ius: iuxta Regulam. l. qui in ius. 138. ff. de Reg. Iur.

XI. Præsertim quia lex statuit vt hoc beneficio repræsentationis, filij & filiæ consequerentur hæreditatem ascendentium & patruorum, & eandem partem acciperent, quam illi accepturi erant si viuerent. §. vlti. Inst. de hæred. quæ ab intest. Ibi, *Vtraque progenies matris vel patris, auiæ vel aui portionem sine vlla diminutione consequantur*) d. authent. de hæred. in princ. Ibi, *Tantam de hæreditate morientis accipientes partem*, &c.) d. §. si igitur. 2. vers. si autem. Ibi, *tantam ex hæreditate percipiant portionem.* & in vers. hoc itaque. Ibi, *& tantam accipiant portionem quantam eorum parens, &c.* Et constat sæpè tum in successione Regni, tum in aliis similibus (quæ quia non possunt diuidi deferuntur prius masculis quam fœminis, & si masculi sint prius senioribus, quam iunioribus deferuntur. Argumento. c. 1. §. præterea. de prohib. feud. alien. per Fred. Iuncta lege vltima. ff. de fide instrumenti, & dictum est sup. nu. 5.) filiam nihil accepturam esse nisi repræsentet patrem cum prærogatiua masculi, qua ille si viueret & senior esset in regnum succederet, & in aliis rebus similibus, præcedendo reliquos fratres & sorores.

XII. Secundò probatur, ex regula recepta Iuris, iuxta quam personæ subrogatæ in locum aliarum sequuntur illarum naturam, & illarum priuilegiis fruuntur. lege si tum. §. qui iniutiarum. ff. si quis caut. l. decernimus. in fine. C. de aquæ ductu. lib. 11. l. minor si. vers. quoniam. ff. de Procuratoribus. l. competimus. in fine. vbi id notauit Barto. Co. de proxi. Sacr. Scrin. lib. 12. Et ita resoluunt Socinus Consil. 93. lib. 3. & post Rip. Anto. Gab. lib. 6. commu. tit. d. Reg. Iur. Conclus. 2. num. 5. Iacobus Sa. de primogen. quæst. 40. num. 43. cum sequente: & affirmant certum hoc esse in subrogatione, quam lex instituit nixa æquitate naturæ. Quare quoniam dicta lex ex æquitate Iuris, beneficio repræsentationis reponit filiam in gradu patris, & subrogat in eius locum, vt supradictum est. quæst. 3. nu. 22. Rectè sequitur per talem subrogationem

repræsentaturam esse omnes qualitates, & prærogatiuas patris sui, & consequenter in successione Regni illum eum prærogatiua masculi repræsentaturam esse.

Tertiò probatur, quia prærogatiua quæ inducitur suitatis, quam Leges concesserunt filiis, qui sunt in potestate patris. §. sui. Inst. de hæredum qualitatibus, tam est personalis, quam prærogatiua masculi; quia in vtrámque Lex habuit respectum ad personam cui concesserunt vtrámque, & cum eadem persona finiuntur, nec possunt ad aliam transire, nisi speciali auctoritate eiusdem Legis, & tamen videmus nepotem emancipatum, in successione aui, repræsentare fratrem, cum dicta prærogatiua Iuris suitatis, vt probat textus in l. 1. §. si sit filius. ff. de coniug. emancip. vbi glo. verb. nepotibus in princ. Ioannes Andræas, & alij quos citat Aret. Consilio 62. nu. 9. vers. Per ista Tiraq. dicta quæst. 40. nu. 39. Iacobus Sa, vbi supra. nu. 47. & Anto. Gam. Decis. 307. nu. 7. XIII.

Nec minus personalis est qualitas Consanguinitatis, quam frater habet cum defuncto, per quam excludit à successione dimidios fratres alterius tantum parentis filios, quia non transit, nec communicatur filiis: Et tamen filij huiusmodi fratris integri defuncti, repræsentant patrem cum ea prærogatiua, & per illam excludunt patruos suos dimidios fratres defuncti, eo modo quo pater eosdem exclusurus erat. dicta authent. de hæred. ab Intest. §. si igitur. 2. vers. vnde consequens, vt obseru. in hanc rem cum Ioan. Andrea, & Raphael. Fulgos. Costa de success. Reg. pag. 188. vers. sed & pag. seq. Aret. Consilio 164. col. 5. vers. sed his non obstantibus. Ioan. Le Cetier. de primogenitis. lib. 1. quæst. 26. nu. 33. Tiraq. quæst. 40. dicto loco. nu. 30. expendunt in hanc rem verba vers. vnde consequens. Ibi, *sicut eorum parens præponetur*, &c. quæ notant integram & perfectam similitudinem. Arg. leg. si quis obrepserit. ff. de Falsis & ita concludunt filium beneficio repræsentationis succedere tanquam personam patris, cum omnibus qualitatibus & prærogatiuis illius. XIV.

Eodem modo maioritas, qua frater natu maior præfertur reliquis, tum in successione Regni, tum in rebus similibus, quæ vni tantum deferuntur, personalis est, atque adeò naturaliter non transit ad filias. Argum. l. si paterfamilias. §. vltim. ff. de adoptione. declarat Tiraq. dicta qu. 40. nu. 107. & sequente. Et tamen filius fratris natu maioris repræsentat patrem cum prærogatiua maioritatis, & per illam excludit patruos à succes- XV.

sione talium rerum, & Regni, etiamsi re sint seniores quemadmodum pater exclusurus eos erat si viueret. Oldrad. Consi. 224. & alij quos referunt Tiraq. quæst. 40. nu. 12. Couar. pract. C. vlt. nu. 7. vbi ait hanc esse communiorem opinionem, in qua consentiunt omnes Doctores qui in quæstione patroni & nepotis pro nepote steterunt: Et idem affirmat Costa. pag. 189. vbi ita resoluit in successione Regni. & Mol. lib. 3. c. 6. num. 1. & 2.

XVI. Præterea qualitas filiationis, quam filius habet cum suo patre est meræ personalis, & cum filij persona finitur, neque transit ad nepotem naturaliter, vt refert Bart. communiter receptus in lege. Is potest. nu. 8. ff. de acquirenda hæreditate, & tamen nepos repræsentat patrem cum prærogatiua, quam ille habebat ad succedendum virtute illius filiationis, vt resoluit idem Bartolus dicto nu. receptus ab omnibus iuxta Iason. nu. 14. & in aliis locis quos citat Tiraq. nu. 91. Iacobus Sa. de primogenitis. num. 31. vnde cum beneficium repræsentationis faciat, vt filij repræsentent patrem cum his qualitatibus & prærogatiuis personalibus, tum in successione Regni & rerum quæ vni tantùm personæ sunt addictæ, tum in hæreditatibus ordinariis, consequens est vt eodem modo filia repræsentet patrem in successione horum Regnorum cum prærogatiua masculi, quia certum est eiusmodi qualitates & prærogatiuas assignatas suprà nu. 13. non communicari filiis speciali dispositione legis, sed tantum sequi ex concessione generali per quam beneficium repræsentationis concessum fuit filiis, vt repræsentarent patres, & in eorum locum, gradum iusque succederent, vt significat text. in dict. §. si igitur. 2. vers. inde consequens. Vbi Imperator ex repræsentatione antea concessa intulit filias repræsentando patrem, posse excludere patruos cum eadem prærogatiua personali, qua pater poterat eos excludere iuxta supradict. quæst. 4. nu. 9. & 14.

XVII. Quartò probatur, quia in repræsentationibus non attenditur qualitas personæ repræsentantis, sed repræsentatæ; vt post Baldum resoluit Socinus Consilio 251. nu. 18. vers. præterea respondetur. lib. 2. Tiraq. quæst. 40. num. 55. in fine argumento. text. in l. si donatæ 37. §. sponsus. ff. de donationib. inter vir. Cum aliis quos citant: atque ita videmus fieri in successione feudorum, in quibus locum habet repræsentatio cap. 1. de success. feudi. & dictum est sup. qu. 3. nu. 4. quod vir filius filiæ qui personalem qualitatem habet ad succedendum in feudo

excludiur à successione illius, quia repræsentat matrem, quæ per qualitatem fœminæ non poterat in illud succedere, vt probat text. in c. §. Hoc autem. de his qui feuda dar. poss. Ibi, *similiter & earum filij*, vbi id resoluunt Aluarez & Præpos. & plures quos refert Tiraq. de Iure primog. qu. 22. nu. 10. Anto. Gom. in legem 4. Tau. nu. 61. Cost. vbi supra pag. 148. vers. nam etsi. Rojas in epit. c. 3. 3. nu. 31. Mol. lib. 3. c. 5. nu. 47. Quare quemadmodum bona qualitas filij masculi ei non prodest, vt per illam succedat, & in præiudicium filij habetur ratio qualitatis matris, quam repræsentat, ita è contra non est consideranda qualitas filiæ; imò in eius fauorem debent considerari qualitates patris quem repræsentat, vt per illas præferatur in successione cuius non est incapax, aliis qui illam præcedere debebant, nisi patrem repræsentasset. argum. text. in lege. cum quidem. ff. de lib. & post. in c. odia de reg. Iur. in 6. & communis illius dicti, habendam semper esse rationem qualitatis fauorabilis, & non præiudicialis. iuxt. text. in l. non intelligitur. 3. §. si quis palam. in princip. ff. de Iur. fisci, vbi Barto. & ita probant alij text. & Doctores citati à Tiraq. de Retract. tit. 1. §. 30. Glo. 1. nu. 27.

Tandem probatur, quia Leges quæ concesserunt beneficium repræsentationis fundantur in summa æquitate, nam filij & filiæ sunt quodammodo vna persona cum patre, iuxta id quod sup. diximus. qu. 3. nu. 12. Vnde concluditur repręsentare debere omnes qualitates & prærogatiuas patrum, etiam pręrogatiuam masculi, vt Patribus similiores euadant. XVIII.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quæstionis Resolutio proponitur.



IN hac quæstione animaduertendum est: beneficium repræsentationis locum habere in linea collaterali eodem modo, & cum iisdem priuilegiis & effectibus quibus reperitur in linea descendentium. Probatur manifestè, quia leges agentes de repræsentatione in linea descendentium, nihil aliud dicunt, quam vt filij ingrediantur in locum & gradum parentum, & accipiant eandem portionem hereditatis, quam patres accepturi essent, si viuerent, vt probat text. *in d. auth.* de hæ- XIX.

Digitized by Google

red. ab intest. in princ. Ibi, *illius filios aut filias, aut alios descendentes in proprij parentis locum succedere* : & ibi, *tantum de hæreditate morientis accipientes partem quanticumque sint, quantam eorum parens, si viueret, habuisset* : Et iisdem verbis concedit Imperator idem beneficium in linea collaterali, vt constat ex textu in d. auth. de hæred. §. si autem. Ibi, *in propriorum parentum succedentes locum*, & in §. si igitur. 2. Ibi, *in suorum parentum iure succedant* : Et ibi, *quanticumque fuerint, tantam ex hæreditate percipiant portionem, quantam eorum parens futurus erat accipere, si superstes esset.*

XX. Idem probatur, quia ratio æquitatis, in qua leges nixæ hoc beneficium concesserunt descendentibus, illas obligauit ad illud concedendum collateralibus, vt supra dictum quæst. 3. nu. 12. Itaque inter vnam & alteram lineam, quod attinet ad repræsentationem non reperitur alia diuersitas, quam quod in descendentibus ad omnes gradus repræsentatio extenditur: in collateralibus ad tertium tantum gradum excurrit, & vlterius non procedit.

XXI. Hoc supposito verum est fœminas in successione horum Regnorum repræsentare patres cum prærogatiua masculi, itavt si pater quia vir est deberet succedere in hæc Regna, & excludere à successione alias personas, eodem modo eius filia successura sit & exclusura easdem personas, in casibus in quibus repræsentatio locum habet. quod in iure probatur per supradict. à nu. 19. cum sequent. & ita affirmant Doctores communiter, vt constat ex sup. citatis. nu. 9. & in linea descendentium expresse probatur in successione Regnorum Hispaniæ. lege 2. tit. 15. part. 2. Ibi, *y aun mandaron, que si el fijo maior muriesse ante que heredasse, si dexasse fijo, o fija, que ouiesse de su muger legitima, que aquelso o aquella lo ouiesse, y no otro ninguno.*

XXII. Quibus verbis probatur, neptem Regis vltimi possessoris filiam filij sui primogeniti ei successuram esse excludendo alios filios eiusdem Regis fratres patris sui, vt ex d. lege notarunt. Paulus Castr. Concilio 164. in principio. volum. 1. incip. in præsenti causa quæ vocatur. Grego. Lop. in eandem l. 2. verbo. si dexasse, Costa de successione Regni, pag. 5. 21. 165. & pag. vlt. Molin. lib. 3. cap. 8. nu. 11. Palaëz 2. part. qu. 6. nu. 15. contra Peralta, quem refert & refutat, & ex consequenti probat d. lex filiam primogeniti repræsentare patrem cum prærogatiua masculi, quia constat non posse succedere Regi auo excludendo patruos, nisi hac prærogatiua repræsentaret. Quoniam sine illa nihil vltra faciebat repræsentatio, quam tribuere

locum & gradum patris, quod satis non erat ad excludendos patruos masculos, à quibus ea quod in eodem erant gradu excludenda erat.

Specialiter autem in successione horum Regnorum probatur idem litteris patentibus Regis Alphonsi 5. vbi sic ait, *que se ẽ algum tempo acontecer, o que Deos não mande, que o Principe meu sobre todos muito amado, & prezado filho falleça antes de meu passamento deste mundo, & delle fiquem filhos, ou filha, legitimamente nascidos, que aquelles, ou aquella herde os ditos meus Reinos de Portugal, & dos Algarues, & não outro algum meu filho, ou filha, &c.* XXIII.

Itaque his verbis decreuit Alphonsus V. in successione horum Regnorum, vt filia primogeniti Regis repræsentet personam patris, cum prærogatiua masculi, vt succedat auo, excludendo patruos fratres patris sui: quemadmodum in Regnis Castellæ decretum erat. dict. l. 2. tit. 15. part. 2. Et adhuc clarior est determinatio dicti Regis Alphonsi in illis verbis, *& não outro algum meu filho, ou filha*, quia expresse excludunt alios filios Regis, atque adeo non est locus dubitationi in terminis legis secundæ. Ibi, *Yno otro ninguno*, quam mouit Peralta citatus, & reprobatus à Palaëz, vbi suprà. XXIV.

Notandum est autem eiusmodi determinationem, & si factam in casu particulari, de quo tunc agebatur, habere tamen vim legis, vt seruanda sit tanquam lex, in omnibus casibus similibus, vt disponit Ordinationum liber 2. tit. 5. §. penult. & probatur ex dict. sup. qu. 2. nu. 24. præcipuè cum sit secundum ius, vt in iisdem litteris declaratur. Ibi, *& isto determinei & fiz assi pello sentir ser direito, &c.* Et supradictum est qu. 3. nu. 16. Vnde cessat dubitatio quam mouit Anto. Gama, qui non viderat eiusmodi Epistolam Decis. 307. num. 24. quo ad declarationem quam Rex fecerat in eo casu: ex quo volebat colligere factam esse contra ius commune; cum tamen contrarium constet. XXV.

Confirmatur hoc ipsum multis exemplis & sententiis latis in similibus casibus à Regibus, qui eas tulerunt in fauorem neptis filiæ filij primogeniti, quæ beneficio repræsentationis cum prærogatiua masculi successit auo, exclusis patruis fratribus patris. Ita iudicauit Rex Fernandus I. Neapolitanus ex sententia suorum Senatorum, vt refert Afflict. in cap. 1. in princ. nu. 54. de natura successionis feudi. & lib. 3. Constitutionum. rub. 23. nu. 65. Grammaticus Decis. 1. nu. 28. Couar. cap. vlt. nu. 8. Perez vbi sup. col. 116. Idem determinarunt Rginæ Ioan- XXVI.

na I. & Ioanna II. Neapolis, vt scribunt Afflictis & Grammaticus, vbi proximè & idem Afflict. in c. 1. in princ. nu. 77. de successione feud. vbi refert Regem Robertum sæpè idem determinasse in fauorem neptis.

XXVII. Ex his patet in linea collateralium neptem filiam fratris Regis, de cuius successione agitur, repræsentare patrem cum prærogatiua masculi, ex d. sup. nu. 20. Et ita determinauit Rex Philippus Angliæ ex consilio Senatus, agens de successione Ducatus Britanniæ pronuntiando in fauorem neptis, filiæ fratris natu maioris Ducis defuncti, contra alium fratrem eiusdem Ducis, vt refert Couat. lib. 2. de feudis tit. 11.

XXVIII. Hoc ipsum manifestè probat. d. lex 40. Tau. tum in linea descendentium, tum in linea collateralium, vbi sic ait, *de manera que siempre el hijo, y sus descendientes legitimos por su orden representen la persona de sus padres.* Quæ verba ostendunt, tum in linea ascendentium, tum in linea collateralium filios repræsentare locum, & gradum, & personam patris, & consequenter prærogatiuas, quæ illis competunt in successione, vt bene aduertit Molina. lib. 3. c. 6. à num. 48. Vbi num. 52. affirmat legem Tau. 40. non esse hac in re contrariam Iuri communi, sed illi conformem, & lib. 3. cap. 17. resoluit d. legem Tauri procedere item in successione Regni, vt in aliis etiam maioratibus de quibus agit expresse.

ARTICVLVS QVARTVS.

Primum, secundum, ac tertium Argumentum soluitur.

XXIX. RIMO adducto nu. 1. Respondetur negando beneficium repræsentationis, tantum fuisse concessum, vt filij repræsentarent gradum & locum patris, non verò personam cum omnibus qualitatibus & prærogatiuis illius, cum sit oppositum latè probatum sup. à nu. 10. Vbi ostensum repræsentationem concessam fuisse filiis, vt succederent in locum, & ius integrum parentum, atque adeò repræsentare personam eorum cum omnibus suis prærogatiuis, quamquam sint personales, ratione quarum in hæreditatem venire poterant: cuiusmodi sunt prærogatiua suitatis, maioritatis, & consanguinitatis, quam integer frater defuncti cum illo habet, quæ tam sunt personales, quam

quam prærogatiua masculi, & omnes tamen repræsentantur à filiis & filiabus, vt probatum est sup. à nu. 13. Et ita resoluit post alios Bursatus Consil. 77. nu. 25. lib. 1.

Nec obstant verba textus in d. §. cum filius, & aliorum text. d. nu. 1. quia dum aiunt filios beneficio repræsentationis intrare in locum & gradum patris, non significant intraturos sine prærogatiuis patris: Quia aliter non possent ferre illam partem hæreditatis quam pater laturus erat, nec excluderent personas quæ à patre erant excludendæ, nam hæc non competebant patri ratione gradus, sed prærogatiuarum propriarum, vt dictum sup. nu. 11. & nu. 14. Imò significarunt illa verba filios ingredi in locum & gradum qualificatum, & proprium patris & repræsentatis omnibus qualitatibus, & iure illarum: quod expressit Imperator in d. §. si igitur. 2. vers. huiusmodi. in illis verbis in suorum parentum iure succedant, quæ expensa sunt nu. 10. quæ declarant mentem Imperatoris in d. §. cum filius & auth. de hæred. ab intest. in princ. vers. nam in vsu. Ibi, *in proprij parentis locum*, fuisse, filium repræsentare gradum patris, cum omnibus prærogatiuis & iure proprio illius, vt colligitur. ex l. Posthumor. ff. de iniust. rapt. Et ex §. Posthumorum. Instituta de exhæred. liber. Ibi, *in eius locum succedere, & eo modo iura suorum hæredum nanciscitur*, quod certum quidem est, quia aliter latius pateret beneficium repræsentationis in linea collateralium, de qua in vers. huiusmodi. quam in linea descendentium, de qua in §. cum filius. & in d. vers. nam in vsu: quod dici non potest, tum textu in §. vlt. col. 2. Inst. de exhæred. lib. Ibi, *ne ij, qui ex transuersa linea veniunt potiores his habeantur, qui recto iure descendunt*. Deinde quia hoc beneficium concessum fuit collateralibus, ad exemplum eius, quod concessum fuerat descendentibus, vt sup. d. qu. 4. nu. 11. nec vlla probabilis causa fuit, vt plenius & fauorabilius concederetur in linea collateralium, quam in linea descendentium, vt d. sup. qu. 4. nu. 12. Quare & si prærogatiua masculi sit qualitas purè personalis, & extinguatur per mortem patris cum eiusdem persona, nec transeat vltra filiam, tamen vt filius repræsentet patrem cum eiusmodi qualitate, sufficit dicere leges, filiam succedere per repræsentationem in ius integrum patris, & excludere eos quos ille erat exclusurus, atque adeo non extenditur priuilegium repræsentationis, ad faciendum hunc effectum contra regulam capitis vlt. de fil. Presbyteri in 6. Imo comprehenditur in illis verbis generalibus, *in suorum parentum iure*, iuxta regulam capitis ad audientiam. de decimis cum vulg. Quod sanè XXX.

Digitized by Google

compertum est in successione horum Regnorum, quia expressè in ea declaratur, neptem filiam primogeniti succedere Regi auo, excluso patruo, filio natu secundo Regis, atque adeò repræsentato patre cum prærogatiua masculi, vt supra dict. nu. 21. & nu. 23.

XXXI. Quod attinet ad doctrinam Barto. in lege 2. per textum ibi. C. delib. præt. & aliis in locis supra adductis num. 2. Respondetur etsi Bartolus iudicauit filios, quando vtuntur beneficio repræsentationis succedere ex propria persona, & non ex persona patris, contrarium tamen de iure esse verum, vt dictum est sup. nu. 10. & 13. cum sequente. Et ita resoluit Glo. verbo nepotibus. in princ. dicta l. 1. §. si sit filius. ff. de coniuge. cum emancip. quam sequuntur penè omnes Doctores, vt fatetur Barto. ibi. Ioannes Andr. Bald. & alij quos citat Tiraq. de iure primog. quæst. 40. nu. 122. Et est commune iuxta Aretinum Concilio 162. num. 9. vers. pèt ista. & Iacob. Sa. de primogen. nu. 47. vbi aduertit iuxta Ord. lib. 2. tit. 5. §. 1. Iudicandum esse in hoc Regno iuxta opinionem Glo. quæ non est reprobata: imò communiter recepta, quamquam Barto. cum aliis Doctoribus contrariam opinionem sequantur. Cum præsertim idem Barto. in lege Gallus. §. & quid si tantum. nu. 11. ff. de liberis & posth. resoluit filium per repræsentationem non solum succedere in locum patris, sed eius etiam personam repræsentare, vt notauit plures citans Tiraq. vbi proximè, & Bursatus Consilio 67. nu. 24. & sequ. lib. 1.

XXXII. Dici item potest nepotem considerato tempore, quo in locum & gradum patris intraturus est ingredi tanquam nepotem, & ex propria persona. Postea verò cum iam beneficio legis positus est in eo gradu, & loco, incipit repræsentare personam patris, & ita succedit auo ex persona patris, quam repręsentat vtens omnis suo iure, & omnibus prærogatiuis personalibus iuxta. §. si igitur 2. & hoc idem sentit Barto. probe intellectus in l. liberorum. nu. 12. vers. 12. vers. præterea. ff. de verborum signif.

XXXIII. Secundo Argumento adducto. nu. 3. respondetur aduertendo primum quod quamquam Gloss. in l. Gallus. §. si eius, & citati nu. 3. affirment Leges humanas non posse fingere res, quæ natura sua sunt impossibiliIes genere ac specie, tamen aliqui Doctores contrarium tuentur ex optimis fundamentis, vt constat ex iis quæ scribit Crot. in d. l. si is qui. nu. 31. vers. sed hic. & Angel. in l. eandem. ff. de duobus reis. Alcia. in l. intelligendus. ff. de verbot. sign. & lib. 3 Paradox. c. 16. & de præsumpt. in princ. à nu. 5. Ioan. Corras. in l. qui liberos. nu. 163. ff. de rit. nupt. & de Iur. ciuili. in

artem redig. 3. p. c. 2. Ac ita videtur sensisse Glossa in lege. sub conditione 16. ff. de solutione. Et idcircò quanquam vera sit opinio communis, nihil concludit eiusmodi Argumentum, quia quamquam sit impossibile iuxta naturam masculum repræsentari à fœmina, à principio tamen potuit gigni masculus, quæ nata est fœmina; atque adeò lex fingens fœminam esse masculum nihil fingit impossibile.

Præterea Lex in repræsentatione, non fingit fœminam esse masculum, sed tantum ei communicat prærogatiuas & priuilegia patris, quibus si viueret, successurus erat ascendentibus suis vel fratribus, quemadmodum nepos filius primogeniti excludit patruum se natu maiorem, fratrem patris sui, à successione indiuidua alterius patrui vel aui, iuxta sup. d. nu. 15. Non quod Lex fingat esse maiorem natu, quam patruum, qui senior est, nam hoc est impossibile. Text. l. vlt. C. de leg. tul. iuncto auth. de hæred. ab intest. §. Ex his. sed quod repræsentatio ei communicat prærogatiuam, quam pater habebat ratione maioritatis & primogenituræ vt solus succederet, & fratres excluderet. XXXIV.

Itaque cum verum sit nepotem, beneficio naturæ, esse in tertio gradu consanguinitatis cum patruo fratre patris. §. tertio gradu. Inst. de grad. dict. auth. de hæred. ab intest. §. si autem cum fratribus. Ibi, *soli in tertio constituti gradu.* Lex beneficio repræsentationis communicat filio prærogatiuam secundi gradus: in quo pater erat cum fratre vt ei succederet, quemadmodum pater successurus esset, si viueret, iisdem exclusis, quos ille exclusurus erat. d. auth. vt fratrum filij. in princ. auth. de hæred. ab intest. §. si igitur. 2. vers. si autem. & in §. si autem cum fratribus. Tam est autem impossibile, si natura spectetur, esse in secundo gradu qui est in tertio, quam esse virum quæ est fœmina: Quare vel est dicendum legem ista non fingere, sed tantum communicare filiis prærogatiuas, quæ competunt patri, aut est affirmandum vtrumque posse fingi. XXXV.

Quod dictum est sup. nu. 4. soluitur affirmando Legem in vna re posse duas & plures fictiones facere, vt probat text. in l. vlt. C. ad Senatusconf. Velle. Cum aliis: ex quibus id resoluunt Soc. in l. 1. à nu. 52. ff. Sol. mar. Crot. in d. l. si is qui pro emptore. nu. 92. Neguzant. de pignor. p. 5. memb. 1. nu. 12. vers. si igitur. & nu. 16. Franc. Duarenus lib. 2. disputat. c. 56. Corras. in d. l. qui liberos. nu. 171. & nu. 178. Anto. à Gama Decis. 59. nu. 2. qui ostendunt contrarium non probari. in l. 1. XXXVI.

C. de dot. promiss. sup. allegata. nu. 4.

XXXVII. Pręcipuè quia doctrina, quam Doctores colligunt ex d. leg. 1. pręter alias declarationes relatas à Gomes in l. 45. Tauri. nu. 91. vers. nec obstabunt. solum procedit, quando agitur de duabus fictionibus vel specialitatibus, quas Lex induceret ęquè principaliter, & locus non est vt altera ex altera consequatur, iuxta text. notatum à Doctoribus in l. singularia. ff. si certum pet. l. cum duæ. ff. de captiuis. & ita resoluit. Gl. 3. in l. si seruus commun. Mœuij. ff. de stip. seru. Bald. & alij quos citat Aret. Cons. 162. nu. 10. vers. pręterea. Tiraq. d. q. 40. nu. 141. Peralta in l. omnia nu. 10. ff. de Legat. 2. Et quanquam respondeatur legem, quæ concessit beneficium repręsentationis duas aut plures fictiones inducere: Constat tamen omnes eas sequi ex eo quod filij succedant in ius, quod eorum pater si viueret, in successione habiturus erat.

XXXVIII Tertiò Argumento proposito. nu. 5. respondetur: text. in l. si viua matre. tantum probare filium vel filiam non debere esse melioris conditionis, quam sit pater aut mater, atque adeò eo sic intellecto, inferri non posse quidquam in contrarium. Quia etsi neptis Regis filia filij sui primogeniti, succederet in Regnum beneficio repręsentationis excludendo patruos fratres patris, non inde sequitur esse melioris conditionis, quam sit pater eius, cum pater si viueret eosdem esset exclusurus: Atque adeò etsi neptis beneficio repræsentationis meliorem conditionem habeat quam patrui, non habet tamen meliorem quam pater, sed tantùm idem ius quod habebat ille, consequitur, vt aduert. Soc. Cons. 152. nu. 18. lib. 2. & Tiraq. qu. 40. nu. 101.

XXXIX. Deinde nullum est inconueniens: vt neptis virtute illius beneficij melioris sit conditionis quam patruus, quia hic est proprius effectus repręsentationis: iuxt. text. in authent. d. hęred. ab intest. §. si igitur. 2. vers. vnde consequens. & §. si autem cum fratribus. nec euertit regulam legis. si viua mater: quæ non comparat nepotes cum patruis, sed cum parentibus.

XL. Præterea quanquam l. si viua matre. probaret non debere nepotes melioris esse conditionis quam patruos, vt intellexit Pinel. nu. 28. in fine, hoc intelligendum esset in terminis æqualibus, & citra eum casum in quo nepotes aliqua prærogatiua præstarent, quæ eos melioris faciat conditionis quam patruos, vt probat text. in l. vlt. C. de natur. lib. & in l. cum auus. ff. de cond. & dem. & docet Barto. in l. non solum. §. puellæ. ff. de rit. nupt. Soc. vbi sup. nu. 4. ad finem. Pinel. in d. l. si

viua. nu. 20. Burgos. Cons. 29. nu. 81. Incertus auctor lib. 1. Consil. ad diuersas causas. Consil. 38. nu. 36. & in terminis huius quæstionis neptis Regis, de cuius successione agitur, quia est filia filij primogeniti quem repræsentat, habet prærogatiuam particularem, ob quem fit melioris conditionis, quam patrui, & ita cessat regula Legis: si viua. vt post Alexandrum & Maria. Soc. aduertit. Ant. Gabriel. commun. rit. de fideicommiss. concl. 6. nu. 11. & 15.

Itaque non est inconueniens neptem, filij primogeniti filiam, XLI.
meliorìs esse conditionis in successione Regis aui sui, quam futura esset, si esset filia eiusdem Regis, quia filia succedit patri solum in persona sua, & per ius quod habet tanquam filia eius, & vt talis excluditur per quemcumque fratrem suum, quamquam sit minor illa. In quibus terminis procedit d. l. vlt. ff. d. fide instr. & l. extrauag. & Ord. citatæ sup. nu. 5. Et tamen eiusmodi nepris succedit per repræsentationem, vtendo iure & prærogatiuis quas eius pater habebat, & per quas exclusura erat omnes fratres suos.

ARTICVLVS QVINTVS.

Quartum & quintum Argumentum soluitur.



VARTVM petitum ex Barto. sup. nu. 6. soluitur dicendo casum quem Bartolus resoluit. XLI.
nu. 13. esse admodum diuersum à successione horum Regnorum. Quia Barto. secutus Callistratum Iurisconsultum, qui in d. l. Liberorum. egerat de significatione verbi, *liberi*, latè exponit significationem & proprietatem verbi: *filius*, vt apparet ex iis quæ scribit à nu. 5. vbi nu. 6. resoluit verbum *filius* in dispositione Legis, nepotes etiam significare, quando lex illa simpliciter eo est vsa, respiciendo filios vt filios, & contra verbum *filius*, non significare nepotes, quando lex eo vsa est disponendo de filiis, cum respectu ad aliquam qualitatem, quæ est in persona eorumdem filiorum, & non reperitur in nepotibus: iuxta text. in l. vlt. C. de nat. lib. quem Barto. ad hoc ipsum citat. nu. 6.

Hoc posito Bartolus applicando nu. 12. hanc doctrinam, XLII.
statuto, quod disponit filiam dotatam non posse succedere pa-

tri suo, si filios masculos habeat, quærit an talis filia excludatur ab aliquo nepore defuncti, filio filij sui masculi, & resoluit excludi, farendo in his terminis locum esse repræsentarioni, per quam nepos in successione aui, parrem cum omnibus suis priuilegiis repręsentat.

XLIV. Consequenter Barto. nu. 3. dubitat vtrum si maneat neptis filia filij masculi defuncti, excludat amitam filiam dotatam defuncti, & repetendo doctrinam quam ex lege vltima. C. d. nat. lib. tradiderat. num. 6. sic ait, *sed hic filius non excludit filiam ideò, quia filius simpliciter, sed quia filius masculus non transit in neptem, ergo apparet quod in eam non transit legis dispositio, & non potest assumere locum patris.* Quibus verbis declarar qualitatem masculi, quam filius defuncti habebat ad neprem non transire, atque adeò de illa non posse intelligi verba statuti, quæ solum excludebant filias dotatas manentibus filiis masculis; Sentit etiam huiusmodi neptem non posse beneficio repręsentationis amiram excludere.

XLV. Quod attinet ad illud in quo Barto. non admodum exponit quid sentiat, fundari potuit ad non admittendam repræsentarionem, tum in verbis statuti, quod facta speciali mentione filiorum masculorum viderur exigere veram qualitatem masculi, in ea persona quæ debebat excludere filias defuncti à successione iuxta regulam legis vlt. C. de his qui ven. æta. & doctrinam eiusdem Barto. nu. 6. tum in menre proprij statuti, quæ fuit fauendi masculis, per quos familia conseruatur. Ioannes Andręas ad specul. tit. de success. ab inrest. in princ. & alij quos refert Anro. Gab. lib. 6. commu. tit. de statut. Concl. 6. rum eriam quia materia odiosa est, & exclusiua fœminarum per statutum particulare. contra regulas Iuris. Argumento. l. maximum vitium. C. de lib. prær. quod statutum restringebatur negando in illis terminis repræsentarionem, & sanè receptum est statuta propriè intelligenda esse, & sine vlla fictione, quando disponunt contra Ius commune. l. 3. §. 3. §. Hæc verba. ff. de negot. gest. vt post alios quos citat obseruat Bursatus Consil. 12. nu. 54. lib. 1.

XLVI. Ex his constat casum Bartoli longè diuersum esse à casu successionis Regni: quanquam enim Bartolus in terminis statuti negauit repræsentarionem nepti filiæ filij defuncti, ad excludendam amitam à successione aui: in nostris tamen terminis negaturum eam non esse nepti, filiæ filij primogeniti Regis defuncti, vr ei succederet in Regnum exclusis amitis & patruis,

quo pater erat exclusurus, quia nulla Lex est quæ in successione Regni vtatur specialiter verbis instituti, de quo Barto. dicendo filias non succedere in Regno si filij masculi existant: Imò constat successionem Regni deferri iure hæreditario indistinctè viris & fœminis descendentibus à primis Regibus, iuxta ea quæ disponunt in hæreditatibus. l. maximum. l. lege 14. C. de leg. hæred. & tradita sup. quęst. 2. nu. 9. & quamquam fœminæ non succedunt in regno, dum viri existunt in eodem gradu, & linea vt dictum sup. nu. 5. hoc non procedit ex speciali dispositione legis, sed ex natura eiusdem Regni quod est indiuiduum, capite imperialem. §. præterea de prohib. feud. alien. per Fred. quod cum vni tantum personæ deferendum sit, semper masculus præcedit fœminam eiusdem gradus & lineæ. Argumento. d. vlt. ff. de fin. instru. Præterea in successione Regni non maior ratio virorum, quam fœminarum habita est, quia populi in instituendis regnis attenderunt bono communi & conseruatione regni, non verò familiæ, vel prærogatiuis masculorum, cum fœminæ ex Regibus item descendant, iuxta superius. d. qu. 1. nu. 30. Quare quandoquidem in terminis successionis Regni non sunt eadem verba nec eadem mens, nec eadem dispositio statuti, quæ erant in casu Bartoli, rectè sequitur longè diuersam esse vtriusque rationem, nec ex vno potest fieri Argumentum ad aliud Argum. l. Paninianus. ff. de minor.

XLVII. Ea propter non debuissent Doctores relati. nu. 6. citare Barto. d. nu. 13. ad probandum, generaliter filiam non repręsentare patrem cum prærogatiua masculi, cum id Bartolus non affirmet, & loquatur tantum in casu particulari, in quo erant circumstantię relatæ. nu. pręced. ad determinandum non esse in illo repræsentationem.

XLVIII. Adhuc in terminis statuti de quo Barto. communis opinio contra sentit, neptem repræsentare patrem cum prærogatiua & qualitate masculi. Sic affirmat Baldus in l. venia. nu. 5. C. de in ius voc. vbi Paulus Castrensis. Idem probant Alsar. Corn. Ang. Aret. & Soc. citati à Tiraq. de iure primog. qu. 14. nu. 4. vbi ait hanc esse communem post Iason. in l. qui exceptionem. in princ. ff. de Cond. Ind. Paulus Paris. Consil. 35. nu. 22. & Consilio 41. nu. 41. nu. 81. lib. 3. Thob. Non. Consil. 36. nu. 6. Alex. Curt. & Burg. quos affert Consil. 29. nu. 25. & in Procem. ad leg. Tau. nu. 120. & alij quos refert, & sequitur Mol. lib. 3. c. 8. num. 10. Quam probant omnes Doctores citati. nu. 9. & Franc. Bursat. Consil. 67. nu. 25. & Consil. 86. nu. 7. lib. 1.

Est autem hęc sententia in iure verior, & confirmatur rationibus adductis sup. à nu. 10. cum seq. Nec obstat text. quo Barto. nititur in d. l. vlt. C. de nat. lib. quia ille text. non loquitur in terminis repræsentationis: quæ solum habet locum in hæreditatibus quæ deferuntur ab Intest. vt sup. d. qu. 3. à nu. 21. in quo lex non procedit, sed tantùm resoluit posse auum in suo testamento relinquere hęreditatem nepotibus, de quibus agir, vt constat ex vers. sed hoc. eiusdem Legis, & quod attinet ad doctrinam quam Bald. Ibi, & Doctores citati. nu. 6. ex ea collegerunt, respondetur. Procedere in terminis in quibus nulla est repræsentatio, quia hac data, quanquam lex quæ aliquid disponit in filiis, respiciat prærogatiuam, quæ in illis est, beneficio illius vtentur nepotes aut nepres, quæ etsi per se careant illa qualitate, tamen per repræsentationem eà vtuntur eo modo, quo pater illam habebat, vt dictum sup. à nu. 13. conseq.

L. Nec fauet opinioni Barto. doctrina Baldi in l. certi cum d. §. sup. cit. nu. 6. Quia non potest habere locum in subrogationibus, quas Lex facit tribuendo absolutè rei subrogatæ vniuersum Ius subrogantis, quia in hoc casu non potest non eius naturam sequi ad effectus Iuris, quamquam ex se careat illis qualitatibus, quas lex ei communicat virtute subrogationis, quemadmodum fit beneficio repręsentationis, quæ reponit filios in locum parentum absolutè, vt succedant in omne Ius, & cum omnibus priuilegiis & qualitatibus ad consequendos Iuris effectus, quamquam ex se illis prærogatiuis careant, iuxta superius dict. à n. 10.

LI. Accedit quod quamquam Barto. expressè & specialiter loqueretur in successione Regnorum, & diceret neptem non repræsentare patrem cum prærogatiua masculi, & idcircò non esse exclusuram amitam sororem patris à successione Regis aui, & hęc opinio communis esset, non esset iudicandum iuxta illam in successione horum Regnorum, quia per parentes Literas Regis Alfonsi V. sup. relatis, non solum statutum est oppositum, vt sup. diximus nu. 23. sed est etiam reprobata opinio Barto. Quoniam ibi Rex Alphonsus cum statuisset successurum sibi esse in his Regnis quemcumque nepotem aut neptem, filium aut filiam Principis Ioannis primogeniti exclusis filiabus & filiis eiusdem Regis, sic ait. *Reprouando as opiniões dos doutores Legistas, & Canonistas, que contra o semelhante caso hi aja, & approuando & auendo por Milhores aquellas, que por esta parte fazem: & isto todo determinei & fiz assi pello sentir ser de direito.* Apparet autem his verbis reprobasse Regem opinionem Bartoli, & sequentium,

quentium, & quamlibet aliam contrariam suæ sententiæ, & approbasse opinionem Petri de Bellapert: & eorum qui ipsum sequuntur, & supra relati sunt. nu. 51.

Quare cum Bartoli casus sit diuersus, ac eius opinio non sit vera, & specialiter reprobata non habet locum Ordinationum lib. 2. tit. 5. §. 1. vbi iubet, vt sequamur opinionem Bartoli, quia addit tunc esse sequendam, quando communiter non reprobetur. LII.

Quintum Argumentum de quo sup. nu. 7. petitum à sententia data circa successionem Martini Regis Aragoniæ respondetur, etsi in Regnis Hispaniæ ad successionem horum Regnorum admittantur fœminæ, vt diximus qu. 2. excludi tamen eas in Regnis Aragoniæ, etsi sint filiæ Regis vltimi possessoris. Probatur ex testamento Reginæ Petronilæ alias Vrracæ, in quo exclusit filias, vt habet Zurita lib. 2. c. 11. & c. 19. Et ita expressit in donatione Regnorum facta Alfonso filio, vt narrat idem Zurita. c. 22. Atque hoc ipsum seruatum fuit vsque ad Regem Martinum voluntate Regum & populorum: vt constat ex dispositione Iaymij I. qui expugnator est dictus. Sic enim expressit & decreuit testamento, vt nulla fœmina in Regnum succederet, vt refert Zurita lib. 3. c. vlt. in fine, atque adeo instituit hæredes filios, alios aliis substituendo casu, quo sine liberis decederent. Ita scribi Zurita. lib. 3. c. 43. & c. 52. Eodem modo magnus Rex Aragoniæ Petrus cum haberet filias eas reiecit, & filios facta substitutione admisit, vt obseruat Molina lib. 3. c. 5. nu. 25. & Palaëz. qu. 6. nu. 21. LIII.

Deinde Petrus Rex IV. cum filiis careret, & vnicam filiam haberet Constantiam, voluit eam hæredem Regni instituere exclufo fratre Iaymio quem habebat: Atque ad hoc ipsum Concilium coëgit Doctorum vnius & viginti, vt viderent liceret-ne Constantiam præferri patruo) & quamquam maior pars nixa iure communi affirmaret licere, alij tamen memores iuris priuati Aragoniæ non licere senserunt. Nixi testamentis Regum & Petronilę, quibus fœminæ exclusæ iuxta Zuritam. lib. 8. c. 5. Et quamquam valuit plurium opinio: status tamen Regni se interposuerunt & vocatis Comitiis coëgerunt Regem ad canendam Palinodiam, & retractare quæ statuerat, & iuramenta Constantiæ reuocando vt narrat Zurita lib. 8. cap. 17. Tandem idem Petrus cum habuisset filios instituit hæredem Ioannem filium, & filios eius ac descendentes masculos substituendo ei Martinum filium secundo genitum, & huius nepo- LIV.

tes masculos, & in eiusdem defectum substituit alium filium si quem haberet, exclusa Constantia quod intelligeret fœminas in successionem Regni Aragoniæ non vocari, vt refert Zurita lib. 10. c. 38.

LV. Defuncto postea Rege Ioanne eiusdem Petri filio sine filiis, cum vellet ei succedere Ioanna filia, tum quod filia, tum virtute contractus cuiusdam, eo nonobstante exclusa fuit à Martino patruo qui successit Ioanni iuxta ea quæ diximus. nu. proximo, & scribit Zurita lib. 10. c. 57.

LVI. Hoc supposito constat non potuisse Violantam neptem Martini ei succedere repræsentando patrem, cum fœminæ inhabiles essent ad succedendum in eo Regno Aragoniæ, quia repræsentatio tantum cadit in eos qui sunt capaces & habiles ad succedendum cum omnibus prætogatiuis patrum iuxta. §. cum filius. & auth. & hæred. ab intest. Itque Violanta non poterat succedere, quia non poterat repræsentare, cum esset inhabilis ad succedendum: Tunc enim fœminæ repræsentant patres, quando sunt capaces succedendi iuxta Couar. pract. c. 38. nu. 8. vers. 4. qui multos citat: & post illum Perez, lib. 5. Ord. col. 116. & alij quos adducit Moli. lib. 3. c. 8. nu. 9.

LVII. Probatur adhuc clarius, quia Violanta ne patri quidem suo poterat succedere, quemadmodum Ioanna eius soror natu maior Ioanni patri non successit, vt diximus nu. 55. Quapropter quæ patri non poterat succedere, multominùs posset succedere patruo, cum successio patris naturalis esset, patrui vero beneficij repræsentationis. Argum. text. in l. eius militis. §. militiæ. §. de militari testamento.

LVIII. Accedit: in successione dicti Regis Martini non posse Violantam repræsentare Ioannem patrem, quia beneficio repræsentationis non consequuntur plus iuris filij, quam pater habiturus erat, vt sup. diximus qu. 3. à nu. 21. Certum est autem Ioannem Regem, si diutius viueret quam Martinus, non esse habiturum ius ad succedendum illi, cum ipse Ioannes Rex esset, & ipso viuente Martinus Rex esse non posset. Vnde sequitur Violantam non posse vti beneficio repræsentationis ad succedendum Martino, cum eius pater Rex fuerit, & Regnum tanquam proprium possederit, vti primogenitus Regis Petri IV. c. licet. de voto.

LIX. Idcircò Petrus Anchat. Doctor id temporis celeberrimus cum causam Infantis Violantæ ageret, & allatis multis eam rationibus confirmaret, nullam prorsus mentionem repræsentationis

fecit, quod ea non haberet locum in huiusmodi successione, vt apparet ex iis quæ scripsit Consl. 339. per totum.

Quapropter Infans Fernandus Violantæ consobrinus, filius Eleonoræ amitæ, prælatus est Violantæ, quia vir erat, & in eodem gradu erat. Nec obstitit linea matris fœminina per quam descendebat. Quia etsi quando fœmina excluditur à successione, excludantur etiam filij & descendentes masculi. c. 1. §. Hoc autem notandum, de his qui feud. dar. poss. & resoluit de Iur. primog. qu. 12. à nu. 5. Gomes in l. 40. Tau. nu. 60. & Mol. lib. 3. c. 5. nu 46. Istud non habet locum quando eadem lex aut consuetudo, quæ fœminas excludit, filios aut descendentes expresse admisit, vt tradit Paris. Consl. 21. nu. 13. lib. 1. Certum est autem in Regnis Aragoniæ fœminas excludi, masculos admitti, vt probatur ex iis quæ refert Zurita lib. 3. c. 43. vbi ait, in substitutionibus, quas Rex Iaymius Expugnator fecit circa successionem Regni in defectu filiorum substituisse nepotes filios Infantis Violantis filiæ suæ, & in c. vlt. lib. 3. ait eundem Regem in testamento, quod fecit viuentibus filiabus suis Regina Violanta, Regina Isabella, & Infanta Constantia, vocasse ad Regni successionem filios illarum masculos legitimos, non extantibus filiis masculis Infantum filiorum, vt refert. Anchar. Consl. 339. nu. 25. LX.

Vnde constat dicto exemplo, & sententia non probari, non posse fœminas repræsentare patrem cum prærogatiua masculi in successione Regnorũ, quorum fœminę sunt capaces, cuiusmodi sunt hæc Regna & alia Hispaniæ, in quæ fœminæ debent succedere. LXI.

Hoc ipsum monstratur exemplo ex diametro contrario huic exemplo Aragoniæ. Nam, vt scribit Garibai, Regnum Nauarræ Regnum Hispaniæ est: ita lib. 3. c. 2. mortuo Carolo I. Nauarræ sine liberis, prætenderunt successionem Regni Infans Ioanna filia Regis Ludouici Vtim fratris eiusdem Caroli, & Rex Eduardus Angliæ filius Reginæ Isabellæ fratris eiusdem Regis Caroli, & factis Comitiis circa eiusmodi litem decretum fuit, vt pręcederet Infans Ioanna, excluso Rege Eduardo consobrino, atque adeò illa regnauit, vt refert Garibai, lib. 26. LXII.

Notandum autem est, quam similes sint termini huius casus exemplo Aragoniæ, quia in Regno Aragoniæ Rex Martinus vltimus possessor, erat frater patris & matris prætensorum, & in Regno Nauarræ Rex Carolus eodem genere consanguinitatis copulabatur cum prætensoribus. In eo exemplo fœmina contra quam lata sententia est, erat Infans Violanta filia Regis LXII.

Ioannis, qui fuit Rex Aragoniæ priusquam Martinus frater? & in hoc fœmina pro quo lata est sententia, erat Infans Ioanna filia Regis Ludouici Vtim qui prius regnauit in Nauarra quam Carolus eius frater. Denique in illo casu vir qui successit, erat Infans Fernandus filius Reginæ Castellę Eleonorę sororis dicti Regis Martini, & in hoc vir qui fuit exclusus, erat Eduardus Rex Angliæ filius Reginæ Anglię Isabellę sororis eiusdem Regis Caroli, & vterque casus in Comitiis ventilatus fuit, cúmque termini iidem forent, sententiæ contrariæ fuerunt, quia in Aragonia inhabiles erant fœminæ ad succedendum in Regnum, vt sup. d. à nu. 56. & in Nauarra succedere poterant iuxta leges & consuetudinem Hispanię, vt scribit Garibai. li. 26. c. 13. ante finem, & c. 14. post principium, quod latè resoluimus sup. quæst. 2. per totam, in qua num. 14. adducta sunt exempla fœminarum, quæ in Regnum Nauarrę successerunt. Vnde deducitur:

CONCLVSIO.

FOeminæ, quæ gaudent in successione horum Regnorum beneficio repræsentationis, cum prerogatiua masculi, patres suos repræsentant.

FINIS LIB. I.





LIBER SECVNDVS.

DE ILLATIONIBVS, QVÆ EX HIS PRINCIPIIS IVRIS proximis deducuntur.

ILLATIO PRIMA.

Regina Christianißima Catharina de Medicis Henrici II. Galliæ Regis vxor à successione regni Portugalliæ excluditur.



CVM ex traditis libro 1. q. 1. à n. 34. & 43. iuncto tex. in l. 2. §. Hæreditas. ff. de suis & legit. in Princ. Inst. de leg. agn. succeß. l. 2. tit. 15. & l. 9. tit. 1. part. 2. constet successionem horum Regnorum hæreditario iure fieri, atque adeò consanguineum vltimo possessori propinquiorem ei succedere; & certum sit Reginam Christianissimam non esse proximam consanguinitate Regis Henrici, cùm non descendat ex sanguine Regis Emmanuelis, nec illa probet esse in tertio gradu consanguinitatis, in quo sunt cæteri huius Coronæ candidati, qui eiusdem Regis Henrici nepotes, ac neptes sunt fratrum & sororum liberi. I.

Constétque prætereà nullo consanguinitatis gradu Regem ipsum attingere: nec id aliqua ratione probetur, quo sanè maximè opus erat in re tam graui, & in concursu tot prætensorum, iuxta l. non nudis. C. de probationibus. & C. licet ex quadam, vbi id notarunt Doctores de Testibus: nec ad id satis est fama, iuxta doctrinam Bartoli l. de minore §. Si plurium. n. 30. vers. si verò. ff. de quæst. vbi latè Hyppol. post alios quos refert n. 50. & n. 54. II.

III. Et quanquam pro parte Reginæ Christianissimæ afferatur in articulis suæ oppositionis, recta linea descendere à Rege Portugalliæ Alfonso III. Comite Boloniæ & vxore Comitissa Mathilde, hæc descendentia non probatur, cùm non constet Robertum filium fuisse Alfonsi legitimum, nec in Comitatum Boloniæ successisse: imò ex Chron. eiusdem Regis constat filium quem ex Mathilde suscepit, in Lusitaniam venisse, & ibi educatum fuisse, & filiam Infantis Petri Castellæ vxorem duxisse, nec constat Boloniam rediisse: imò Garibai l. 34. c. 20. affirmat sepultum esse in Cœnobio S. Dominici Olisipone: quare non est verisimile Reginam Christianissimam descendere ab eo Rege Alfonso.

IV. Deinde etsi daretur ipsam descendere per Robertum ab Alfonso, inde non sequitur aliquod ius habere in horum successione regnorum, quia Robertus caruit illo iure. Constat enim Robertum, si filius fuit Alfonsi, ab eo genitum fuisse antequam esset Rex. Compertum est autem ei postquam Rex factus est, natum fuisse filium Dionysium ex Regina Beatrice vxore, vt scribitur in eius Chronico c. 2. & 4. At verò constat in iure successionem regni pertinere ad filium qui patri iam Regi natus est, non ad alios quos antè habuerat. Ita Gl. Acursij schol. primo in l. Imperialis. §. illud. C. de nup. quam sequuntur Bartolus & Baldus ibi n. 3. Idem Bartolus in l. si senator per textum ibi c. de dignit. l. 12. & in l. Cum satis ad finem. C. de agricol. l. 11. & alij quos refert Tiracq. de iure primogeniorum. q. 31. n. 2. & seq. & n. 8. & hanc esse communem opinionem affirmant Dec. & Rip. & cum illis Couar. l. 2. resol. c. 8. n. 5. versu tertio. Gom. in l. 40. Tau. n. 67. Peres ad d. l. 5. tit. 2. lib. 4. Ordinat. Villalob. lib. Com. verbo. filius natus. Palaes 2. p. q. 4. illat. 5. n. 1. iuxta quam opinionem iudicandum est in hoc Regno, cùm Acourtij & Bartoli & communi iuxta Ord. lib. 2. tit. 5. quare iustè Dionysius morte patris in regnum successit, vt probatur ex Chronico eiusdem Dionysij c. 1. non succedenre autem Roberto, ne succedere quidem posset Regina Christianissima, etsi probaret ab eo descendere.

V. Quod multo magis constat de successione Regni Algarbiorum: quia certum est, eo tempore quo Rex Alfonsus successit Sancio II. fratri suo, non esse vnitum vtrumque Regnum, cùm Algarbij ad Reges Castellæ & Legionis pertinerent: deinde liquet, Regem Alfonsum Sapientem dono dedisse Re-

gnum Algarbiorum Beatrici filiæ, & Alfonso genero, & Dionysio nepoti, & eius descendentibus in perpetuum, vt scribitur in Chronico Regis Alfonsi III. C. 10. & dictum est proximè qu. 1. n. 14. vnde pater non posse succedere in illud Regnum Robertum, qui non erat ex Beatrice filius, iuxta verba donationis arg. l. vt inter. ibi *iuxta pacti tenorem*. C. de inutil. stip. l. si operas. ibi *pacti tenor* C. de solut. c. 1. ibi *propter tenorem inuestituræ* de duobus frat. cum aliis quos refert Tiraq. in lege si vnquam. verb. libertis n. 7. & 9.

Et quamquam opponatur infantem Dionysium non posse succedere parri suo Alfonso, quod non erat legitimum eius matrimonium cum Beatrice, quia contractum fuerat viuente Mathilde, respondetur, eâ defunctâ Pontificem Clementem IV. dispensasse in secundo matrimonio, & statuisse vt esset validum & firmum cum expressa clausula filiorum, & speciali legitimatione Dionysij, vt posset ei in regnum succedere, quod constat ex Chron. eiusdem Regis Alfonsi III. c. 4. & ex Garib. c. 20. & sequent. VI.

Constat verò quando Pontifex dispensat in matrimonio ratum illud & legitimum habendo, factâ mentione expressâ & legitimatione filiorum, eiusmodi filios legitimos manere, perinde ac à principio legitimi forent, vt tenet Abb. in c. per venerabilem. n. 22. qui fil. sint legi. Et ibi Ioan. And. Card. & Anchar, & alij, quos refert & sequitur Couat. de sponsal: 2. p. c. 8. n. 13. Cellus in cons. 31. n. 78. & seq. quare dictus Infans Dionysius tanquam legitimus, & Patri iam Regi natus, iustè in regnum ei successit. VII.

Nec obstat quod tradit Alexander in l. Gallus §. Et quid si tantum. n. 25. ff. de lib. & post. quem citat & sequitur Costa de success. regni p. 140. dum ait legitimationem filij naturalis Regis non præiudicare consanguineo propinquiori, ad quem successio pertinebat: quia hoc intelligitur de legitimatione facta rescripto Principis aut Papæ, sine approbatione matrimonij quâ illud ratum & legitimum statuatur, tanquam si à principio tale esset, vt resoluunt Doctores citati n. præcedenre. VIII.

Etsi autem dictus Robertus ius haberet ad succedendum Regi Alfonso III. & ad Dionysium excludendum; illud iam est præscriptum & acquisitum Regibus Portugalliæ: trecenti enim sunt anni, ex quo Dionysius patri successit, qui obiit mense Martio anni 1279. vt patet ex Chron. c. vlt. & Garib. IX.

Digitized by Google

d. lib. 34. c. 22. quod sanè tempus excedit præscriptionem immemorialem, ad quam sufficiunt centum anni, vt resoluit Dominicus post Anchar. & alios in c. 1. de præscript. in 6. éstque communis opinio iuxta Anto. Gab. in lib. 5. Comm. tit. de præscrip. concl. 1. n. 71. & Palaez vbi suprà 4. p. q. 10. n. 41. col. 2. Atque hæc fuit constans fama citra vllam contradictionem toto hoc tempore, quod satis est ad præscriptionem immemorialem, iuxta opinionem Glo. in c. 1. verb. memoria. de præscript. in 6. receptam communiter teste Molin. lib. 2. c. 9. n. 31. & approbatam per l. 41. Tauri. Liquet verò per immemorialem præscriptionem acquiri res omnes, dignitates, iurisdictiones & iura, quanquam sit propria Regum, ex doctrina c. super quibusdam §. prætereà. de verb. sig. l. hoc iure. §. ductus æquæ. ff. de aq. quot. & æst. c. 1. de præscript in 6. Ex quibus id resoluunt Doctores qui affirmant hanc esse communem opinionem iuxta Ant. Gab. concl. 1. à n. 1. & Bursat. conf. 41. n. 7. & per illam induci iustum titulum, & præsumi donationem, vt resoluit idem Gab. vbi suprà n. 44. Rolandus conf. 100. n. 104. lib. 4. & consilio 66. n. 49. & 44. lib. 2. Burg. conf. 15. n. 12. Ioannes Garc. lib. de expen. c. 9. n. 17. & suprà dictum q. 1. n. 53.

X. Quare etiam in bonis vinculatis & maioratibus quæ alienari non possunt, & vni personæ sunt addicta, immemorialis præscriptio præiudicat omnibus futuris successoribus, qui ex institutione eorum possent ambire illorum successionem, vt resoluunt Rod. Soar. Greg. Lop. Anto. Gom. & Mol. qui eos citat lib. 4. c. 10. n. 10. Palaez vbi proximè q. 21. n. 6. Menchaca de success. creat. §. 26. n. 125. Ant. à Gama decis. 349. n. 2. & 3. Atque adeò etsi Regina Christianissima ab Alfonso descenderet, non ideò tamen ius haberet in successione horum Regnorum, quia iam præscriptum erat & acquisitum à Dionysio & posteris.

XI. Ad hæc accedit, quòd etsi non esset immemorialis præscriptio, Regina Christianissima careret iure, quia satis ad id erat præscriptio quadraginta annorum, in quibus præteriti Reges possederunt hæc regna pacificè dum illa viueret, quin vnquam contra illos pro se quidquam allegaret. Constat autem præscriptionem quadraginta annorum sufficere adhuc in maioratibus & bonis vinculatis, ad acquirendum dominium, & alios prætensores excludendos. ex regula l. sicut & l. omnes C. de præscrip. 30. c. ad aures in fine. de præscrip. c. 1. §. si quis per triginta.

si de feud. defunct. consil. rex. pet argumentum à contrario in l. vlt. §. sin autem sub conditione.C. comm. de leg. vbi notat Paul. Castr. in vers. an autem. gl. verb. præscriptione in c. 1. §. præterea. de cap. Conrad. & alij quos refert Anto. Gab. dicens hanc esse communem opinionem tit. de præscript. conel. 13. n. 9. & post Pinel. Mol. c. 10. n. 2. Palaez q. 21. n. 1. Menchaca vbi suprà n. 124. & 128. Burg. cons. 41. n. 5. Ant. Gam. decis. 93. n. 3. & decis. 344.

Nec refert dicere Regem Dionysium fuisse possessorem malæ fidei, quòd sciret Regnum pertinere ad Robertum. argumento textus.in c. si virgo.34.q.2.& l.vlt. vers.omnes.C.vnde vi. & malam fidem ad posteros transiisse. iuxta regulam l. cùm hæres.ff. de diuer. & temp. maximè cùm fama esset successionem horum regnorum pertinere ad descendentes domus Boloniæ, quæ fama inducit malam fidem per l si fundum C. de rei vendicatione, maximè cùm constet ex Chronicis huius Regni Regem Dionysium natum esse viuente Mathilde, quod sanè arguit malam fidem in Regibus, de quibus præsumitur notitiam habere suarum historiarum. argu. text. & eorum quæ ibi not. Baldus in l. non est ferendus. ff. de transact. Fel. in c. si diligenti.col. 4. de præscript. Aymon. cons. 290. n. 6. respondetur enim facilè, negando Dionysium habuisse malam fidem. Tum quia non probatur id, & bona fides præsumitur ex glo. & com. sent. ibi in c. Si diligenti, & in c. vlt. de præscript. & in l. penult. C. de euict. & resolutiit latè Couar. in regula. possessor. 2. p. §. 8. num 2. Tum quia patet illum bonam fidem habuisse, quòd sciret Regna ad illum pertinere, quòd legitimatus fuerat, & natus postquam pater Regnum acceperat, & ob alias causas proximè dictas n. 4. & 5. & 6. & 7. præsertim id postulantibus populis, vt scribitur in Chronico Regis Alfonsi III. c. 4. quæ causæ etsi non essent veræ, vti sanè erant, sufficiebant tamen vt Rex Dionysius bonæ fidei possessor esset. argu. tex. in l. igitur. ff. de lib. caus. ibi *iustis rationibus ductus, vel non iustis* &c. & ibi *possessoru commodo fruatur*, vbi id notauit Bartolus, & in l. Celsus n. 13. ff. de vsu cap. & alij: cuius sententiam post Alcia. quem citat, ait communem esse Menochius. remed. 13. recup. n. 34. & consequenter meliorem fidem habuerunt successores, iuxta regulam. qui in alterius. de reg. iur. & cùm illa possederunt, sine vllo rumore contrario famæ, nec enim vnquam fama constitit Robertum esse Mathildis filium, & ex illo descendere, at- XIII.

que adeò ad illum pertinere coronam regni, imò populi certum ſemper duxerunt pertinuiſſe ad Dionyſium, & eius poſteros; & idcircò cùm defecit linea in Rege Fernando, Regnum vacaſſe creditum eſt, & facta fuit noua Regis electio, vt ſuprà dictum q. 1. n. 25. Et cùm ageretur in Comitiis de iis perſonis quæ vocandæ erant ad ſucceſſionem, nulla Comitum Boloniæ mentio facta eſt, vt conſtat ex inſtrumento electionis, & ex traditis in Chronico Regis Ioannis I. p. 1. c. 179. & c. 185. qui ſanè Comites ſi quod ius haberent illud afferre & probare non dubitarent, cùm eos latere non poſſet agi de ſucceſſione horum Regnorum, quæ cum Gallia ſemper fœderata fuerunt. argu. c. quoſdam. & c. quanto de præſcrip. iuncto cap. vlt. 16. diſt. & c. 1. verſ. cum & contra de poſtulatione prælat. Itaque ſine dubio quilibet poſſeſſor Comitatus Boloniæ ſuum ius proponeret in Comitiis, & ſucceſſionem procuraret argu. reg. tex. in l. cum de indebito. ff. de probationibus, quod tamen non præſtiterunt.

XIII. Quod attinet ad Chronica, reſpondetur nihil ex iis deduci quo mala fides probetur, imò contrarium erui: quòd narrent Dionyſium patri ſuo iam Regi eſſe natum, & in matrimonio à Pontifice diſpenſatum fuiſſe, vt diximus n. 7. deinde quòd affirment filium ex Mathilde ſuſceptum, aut manſiſſe in Luſitania, aut non ſucceſſiſſe in Comitatum, nec poſteros reliquiſſe.

XIV. Ad hæc, etſi mala fides in Dionyſio præſumeretur, ſatis erant anni triginta ad eam purgandam, & bonam fidem de eo & poſteris præſumendam, iuxta doctrinam Bartoli in l. vlt. c vnde vi, & multos quos refert Couar. §. 8. n. 3. & Burgos conſ. 15. n. 33. Deinde in hoc caſu datur præſcriptio immemorialis, vt ſuprà oſtendimus à n. 9. quæ bonam fidem & titulum inducit, & malam fidem extinguit. Teſte Salic. in l. 2. n. 8. C. de ſeruitute. quem ſequuntur multi, quos allegat Anto. Gab concl. 1. n. 56. Burg. vbi ſuprà. Burſat. conſ. 48. n. 8. lib. 1. Otalora de Nobil. 3. p. c. 7. n. 16. Ioannes Garſia lib. de expenſ. c. 9. n. 22. adeò vt in ea præſcriptione bona fides præſumatur iuris & ex iure, quin admittatur in contrarium probatio, vt docet Iacobus Boutr. quem refert & ſequitur Salic. vbi ſup. Iaſon. Dec. Fel. & alij citati à Burſat. vbi ſuprà n. 9. Otal. n. 16. Burg. n. 18. Alciat. de præſump. p. 2. n. 14. Palaez q. 20. n. 53.

XV. Regula verò l. cùm hæres. ff. de vniuerſ. & temp. procedit

tantùm in præscriptione ordinaria decem & viginti annorum, quam Iurisconsulti nouerunt. gl. in l. si quis emptionis in prin. verbo. veteres. C. de præscrip. 30. communiter recepta ex Pinello in authentico nisi. n. 3. quia in hac opus est bonâ fide formali & positiua l. vlt. ibi *quæ nostra existimantes*. ff. pro suo l. bonæ fidei 101. ff. de verborum significatione, qualem fingunt leges non habere hæredem qui repræsentat personam defuncti. authentico de Iur. Iur. à mort. præst. in prin. Coll. 1. l. Cùm hæres. in prin. Vnde non potest præscribere res defuncti ab eo malâ fide præscriptas, etsi hæres bonam fidem habeat, vt exponit Gl. vlt. in fine l. vitia. C. de acqui. possess. & in l. 2. C. de vsu cap. pro hær. Gl. 1. in l. potest. 36. ff. de vsu cap. & multi Doctores citati à Tiraq. de præscrip. Gl. 2. vers. nec sufficit & à Couar. reg. possessor. 2. p. §. 9. n. 1. Menchac. Illustr. c. 73. à prin. & n. 7. conseq. Menoch. remed. 15. recup. n. 618. & non procedit regula dictæ l. Cùm hæres. in præscriptione triginta, & quadraginta annorum: hanc enim potest hæres inchoare propriâ bonâ fide, sine respectu ad fidem defuncti, vt tradit Bart. in l. nihil. C. pro hærede, & alij: quod adducit Couar. n. 4. Boer. decis. 42. n. 38. Tiraq. vbi suprà vers. Sunt tamen. Menchac. d loco, & est communis iuxta Soc. Cons. 203. n. 2. vers. 5. & seq. lib. 2. & multò minus procedit in præscriptione immemoriali. iuxta dicta n. præced. & consequenter successores Regis Dionysij præscripserunt & possederunt legitimè huiusmodi Regna, dato quòd illa ad Robertum pertinerent, quod tamen non probatur.

Nec item obstat quod dicitur Robertum & successores non potuisse recuperare Regnum, neque se opponere possessoribus, quòd minùs potentes ad resistendum erant: fecisse tamen necessarias reclamationes, atque adeò præscribi contra illos non potuisse. argu. textus in l. 1. in fine. C. de Annal. excep. & C. ex transmissa. de præscript. vt latè cum multis resoluit Pinel. in auth. Nisi. n. 31. iuncta reg. l. 2. C. de his qui per met. Iud. & C. vlt. de appellat. Respondetur enim Comites Boloniæ etsi fuerint minùs potentes quàm Reges Lusitaniæ, potuisse tamen de iure suo agere, & cum Lusitanis Regibus iudicio contendere, qui vt erant pij & iusti, id non recusarent, maximè cùm Leges instituerint, per quas licet cuiuis ex subditis suis cum Rege litigare, dato ad id Iudice, & instituto Procuratore Coronæ, vt constat ex lib. 1. Ord. tit. 7. & tit. 11. & quemadmodum minor potentia Mathildi non obfuit ad litigandum XVI.

in causa matrimonij cum Rege Alfonso III. vt habetur in eius Chronico c. 5. ita ex defectu potestatis non impedirentur Comites Boloniæ à suo iure contra Reges Portugalliæ, si quod haberent exigendo.

XVII. Accedit quòd hæc Regna morte Fernandi Regis diù vacarunt, quo tempore de creando Rege deliberatum est in Comitiis, vt suprà diximus n. 12. & tamen nullus pro parte Boloniæ causam egit, cùm tamen posset, quod quidem magnum argumentum est, eos nullum ius ad Regnum habuisse.

XVIII. Nec Regina Christianissima hoc impedimentum allegare potest ad vitandam præscriptionem quadraginta annorum, quæ contra illam legitimè concurrit, quia constat esse potentissimam & fuisse, quòd nupta sit Regi Henrico Christianissimo & potentissimo, & mater Regum Galliæ potentissimorum.

XIX. Deinde certum est nec Reginam Christianissimam, nec Robertum aut eius posteros illas reclamationes & protestationes fecisse; tantùm constat ex Chron. Regis Alfonsi III. c. 3. querelam à Mathilde factam super causa matrimonij, & quanquam Robertus & posteri reclamarent, id non proderat, cùm nullam causam nec ius haberent, atque adeò debebant persequi ius suum, & non id prorsus omittere. Nam hoc certè necessarium est vt validè reclametur, iuxta textum in d. l. 6. & in d c. vlt.

XX. Tandem sufficit præscriptio immemorialis, de qua suprà n. 9. contra quam non præsumitur vlla mala fides, vt resoluit Ioannes And. & alij quos allegant & sequuntur Burg. Consf. 15. n. 34. Couar. in reg. possessor 2. p. §. 4. n. 5. Palaez 4. p. qu. 20. n. 55. Ioan. Garci. c. 9. n. 23.

XXI. Itaque concluditur, nullum esse ius ad hoc Regnum Reginæ Christianissimæ, quod contra illam legitimè præscriptum sit, iuxta textum in d. C. ad aures. & ord. lib. 5. tit. 38. in prin. ibi: *que per rigor de direito tolhe a auçmam principal conuen à saber prescripção.* & c. & ibi *que concludão o autor não ter por direito aução para demandar.* Vnde non debet admitti eius oppositio, quod certum est in iure exceptionem præscriptionis impedire contestationem litis, & excludere authorem à limine iudicij. argu. text. in C. 1. de lit. contest. in C ibi *finita*, iuxta Hostiensem relatum à Gl. ibi verb. finita & receptum communiter, iuxta Boerium decis. 344. n. 2. & idem probat Bartolus textu ibi in l. vlt. ff. pro suo, & in l. omnes. n. 1. C. de præscrip. 30. & in aliis locis, quos citat Padil. in l. fratris. n. 4. & 5. C. de transact.

art. securus eandem sententiam, quam item sequuntur Marant. de Ord. Iud. p. 6. mem 9 n. 11. Afflictis. decis. 32. & approbatur ab Ordin Regni. vbi suprà ibi. *não somente estas tres embargão à contestação, mas ainda todas aquellas &c. conuem a saber à prescripção.* Quod extra omne dubium est, cùm præscriptio est immemorialis: ex traditis per Aymon. Ioan. de Neuiz & Aufrer. quos citat & sequitur Bursat. cons. 41. n. 10. maximè cùm sit notoria ista præscriptio, & ista exceptio, quod satis erat ad impediendam contestationem litis, & excludendam Reginam Christianissimam à limine iudicij, quanquam esset exceptio merè peremptoria, iuxta Anton. Abb. & ibi Fel. n. 4. in c. vlt. de lib. oblat. Bald. & alios plurimos: quos refert Michaël Grassus, affirmans hanc esse communem opinionem lib. 2. Com. c. 12. q 3.

Itaque cùm sit dicta exceptio notoria, sufficit eam allegari, XXII. nec opus est probari: iuxta doctrinam Glo. verb. alias. in Clem. appellanti. de appellat. communiter recept. iuxta Couar. in C. Raynut. §. 11. n. 3. Tiraq. de retr. tit. 1. §. 32. Gl. 1. n. 9. 8. Padil. in l. Ædib. in fin. C. de seruit. Quare non haber hîc locum Ordin. tit. in fin. principij 83. ibi *Com tanto que as proue dentro dos des dias.*

Tam verò patet Reginam Christianissimam nullum ius habere, vt adhuc sine postulatione partium, eius sit oppositio repellenda ex officio Iudicis, iuxta doctrinam Gl. verb. Pœna. in l. XXIII. Vbi pactum. C. de transact. communiter recepta. iuxta Alex. ibi n. 7. & multos quos citat cum aliis Gl. simil. Padil. ibid. n. 10. & per Anton. Gom. de contr. C. 11. n. 24. Maranta de Ordin. Iud. 6. p. 12. princ. n. 199. Menoch. de Arbitr. q. 16. n. 3.

Demum pro parte Serenissimæ Dominæ Catharinæ postulatur, vt illa oppositiò ne admittatur, atque adeò istâ postulatione cessant omnia quæ dici poterant, eràntque non pauca, quibus constat Reginam Christianissimam ius non habere, sed ea tamen prætermittuntur, quòd sint satis ea quæ dicta sunt.

Digitized by Google

ILLATIO SECVNDA.

Dominum Antonium Ludouici Infantis filium, ius non habere in eiusmodi successione, ostenditur.

I. 
TATVTO successionem horum Regnorum venire ab intestato consanguineis vltimi possessoris, vt diximus q. 1. n. 43. & comperto illegitimos non posse ab intestato succedere in hæreditares fratrum, vel consanguineorum patris, lex in l. Communium. 9. in prin. & in l. vlt. & ibi Glo vlt in prin. C. de nat. lib. text. in auth. quibus mod. nat. effic. sui. §. filium verò. Colla. 7. Cynus in auth. Itaque. C. Commun. de success. Ang. Plat. Abb. Dyn. & alij quos refert & sequitur Anto. Gom. in l. 9. Tau. à n. 47. Petrus Duen. reg. 366. n. 8. Roias in Epit. C. 20. n. 43. Et ita probat l. vlt. tit. 13. part. 6. vt notat Gregor. Lop. *verbo parientes.* Adeò vt etiam si consanguinei ex parte patris sint illegitimi, non possint iis succedere. Glo. 3. in l. 2. ff. vnde Cognati. communiter recepta iuxta Ant. Gom. n. 17. Roias n. 45. Couar. de sponsal. 2. p. c. 8. §. 5. n. 10. Ant. Gom. decis. 73. à prin. & probat Ord. lib. 4. tit. penult. ibi *por parte de sua maim.* à contrario sensu. Vnde sequitur Dominum Antonium non posse habere ius in hanc successionem, cùm sit filius illegitimus Infantis Ludouici Regis fratris iam mortui.

II. Idem probatur text. expres. in C. grandi. in prin. de suplenda negli. Prælat. in 6. ibi *si absque legitimo decederet filio.* & ibi *ac legitimi filij sui.* & ibi *legitimo filio, si quem habuerit.* Quibus verbis quæ etiam referuntur in Bulla, ex qua textus depromptus, agens Pontifex Innocentius IV. de successione huius Regni Portugaliæ, ait Alfonsum Comitem Boloniæ successurum esse Sancio fratri suo, si absque liberis legitimis decederet, & ita probat illegitimos filios Regis Sancij non posse succedere, vt ex textu notauit Gl. verbo legitim. Dom. & omnes Doctores ibi docendo illegitimos non posse succedere in regnis, & idem probat Baldus in l. eam quam. n. 43. C. de fideicom. & alij quos refert Roias c. 20. n. 115. & expressè à l. 2. tit. 15. part. 2. vers. ibi. *fiio o fiia que ou iesse de su muger legitima.* Vbi id notauit Gregor. Lop. in vers. *pero.* verbo *l. fiio maior.*

Notandum verò est ipsum Caput Grandi, cùm probet filium illegitimum non posse in hoc Regno patri succedere, illud etiam concludere non posse succedere Regi, cuius est ex parte patris consanguineus. Constat enim ex iure communi, filium naturalem mortuo patre ab intestato ei posse succedere in certis partibus hæreditatis, ex tex. in auth. Licet. vers. ab intestat C. de nat. lib. 1. & aliis quos citat Roias in Epit. c. 13. n. 2. post multas Glo., & Doctores diuersis in locis. & Ant. Gom. in l. 9. n. 4. & lex 9. tit. 13. partita 6. quanquam nostra Ord. lib. 4. tit. 71. §. 1. istud correxerit, & tamen non poterat talis filius naturalis succedere ab intestato in aliqua re consanguineis collateralibus ex parte patris, iuxta text. in d. §. filium, & in d. l. vlt. vt obseruat Anto. Gom. n. 47. Col. 2. quare cùm successio Regni veniat tanquam hæreditas ab intestato, & ex textu in C. Grandi. constet filium illegitimum non posse patri in regnum succedere, patet non posse succedere Regi, cuius est consanguineus collateralis. III.

Confirmatur, quia filij naturales non possunt succedere in feuda, vt probatur c. 1. §. si quis per triginta. vers. Naturales. si de feud. defunct. cont. sit, vt ibi Bart. in l. ex facto. §. si quis rogatus. n. 9. ff. ad Trebellianum, & alij relati à Roias vbi suprà. C. 10. n. 87. & Moli. lib. 1. c. 4. n. 48. atque adeò non possunt succedere in bonis Coronæ iuxta Ordinationem lib. 2. tit. 17. §. 1. & seq. Nec in Maioratibus bonorum patrimonialium, si eorum institutione non fuerint expresse vocati, iuxta Ioan. le Cerier, & Gregor. Lop. quos refert & seq. Mol. n. 49. & lib. 3. c. 3. n. vlt. Tiraq. de iure primog. q. 34. n. 59. & alij quos allegat Palaez p. 2. q. 2. n. 1. & Ioan. Garci. lib. de expensis C. 3. n. 21. Col. 2. & id probat, tum in successione ascendentium, tum collateralium ad Maioratus lex 40. Tau. ibi *fiio, o nieto descendiente legitimo.* & ibi *pero aun en la successìon de los Maiorazgos à los transuersales.* Non item poterit succedere in Emphyteuses Ecclesiasticas, vt docet Bart. vbi suprà. n. 8. Baldus in l. generaliter. §. Cùm autem. n. 2. C. de Institut. & alij quos citat Roias n. 90. & est commune iuxta Iul. Clar. verb. Emphyteusis. q. 30. Gab. Paleot. de nothis & spuriis C. 31. in prin. & Anto Gom. decis. 2 n. 1. IV.

Quare cùm illegitimi non succedant in eiusmodi res, quia non constat admittendos esse. argu. text. in C. in generali. de reg. Iur. in 6. & text. in l. Lutius 99. §. Lutius. in fine. ff. de V.

Legat. 2. iuncto text. in C. si gens. vers. de tali. 56. dist. iuxta tradita per Azo. in summa. C. ex quibus caus. infam. irrog. recepti à multis quos adducit Tiraq. de nobil. C. 15. n. 14. Roias vbi suprà C. 15. n. 8. Palaez n. 1. Gama n. 2. & probatur. l. 2. tit 6. part. 7. benè decretum est vt non possent in regna succedere, quia populi in institutione Regnorum noluerunt, vt ius hæreditarium succedendi ad illegitimos veniret, cùm excludantur ab aliis hæreditatibus minoribus, iuxta Azo. iuxta l. 2. C. de dignitate lib. 12.

VI. Accedit, quòd institutiones, substitutiones & fidei commissa, in quibus fit mentio de filiis & descendentibus, illegitimos excludunt, quando institutor defunctus erat persona nobilis & in dignitate constituta, vt probat text. in §. si quis rogatus. 1. iuxta communem sensum Doctorum, de quo latè Costa in §. & quid si tantùm. 5. p. n. 7. & in C. si pater. 1 p. verbo. si absque liberis. à n. 34. Padil. in l. Cùm acutissimi. n. 31. C. de fidei com. Mol. lib. 3 c. 3. n. 41. Deinde quando hæres est nobilis, aut constitutus in dignitate, etsi defunctus talis non esset: illegitimus non vocatur, iuxta Glo. in §. si quis rogatus. verb. ex voluntate. ibi vel *etiam regali*. quam sequuntur Alexander ibi n. 3. post alios quos citat. & in cons. 2. n. 5. lib. 1. Dec. in c. in præsentia. n. 42. de probat. & alij, quibus consentit Tiraq de nobil. c. 27. n. 14. & patet status Reip. in institutione Regni debere considerari instar nobilis institutoris & constituti in dignitate, cùm repræsentent Rempublicam, & habeant in se potestatem ad creandum Regem. Vnde probatur voluisse excludere illegitimos, & admittere legitimos.

VII. Prætereà constat illegitimos non reputari descendentes ex familia, natione, ac domo, ex qua pater descendit, vt probat text. in l. si spurius. 4. ff. vnde cognati. & in §. vulgò. instit. de success. cogn. Ita Bartolus in l. pronuntiario. §. familiæ. n. 1. ff. de verb. sign. Et Doctores communiter apud Tiraq. c. 15. n. 12. & de ret. tit. 1. §. 1. Glo. 8. n. 6. Roias c. 20. n. 116. Mol. lib. 1. c. 4. n. 46. & ideò populi instituta dignitate regiâ pro descendentibus, noluerunt vocare illegitimos qui non reputantur descendentes, nec sequuntur eorum nobilitatem & dignitatem, vt cum Bartolo l. 1. C. de dignitate lib. 12. & aliis quos citat, docet Tiraq. C. 15. à n. 10. Roias C. 15. à prin. & probat Ordinatio. lib. 2. tit. 37. §. 11. Atque adeò non possunt gerere armorum stemmata recta, teste Bartolo l. vlt. C. d.

verbor. significar. & in tract. de insig. & arm. Col. 3. quem sequuntur multi relati à Tiraq. n. 13. & n. 25. Mol. n. 47. Roias n. 22. & probat Ord. tit. 37. §. 3.

Idem ostenditur specialiter in multis testamentis, Chronicis, & monumentis Regum, ex quibus patet solos legitimos ad successionem huius Regni vocari. Ita Chron. Regis Fernandi c. 95. ibi & *não leixã do filho lidimo.* & c. 146. ibi *ou de outra qualquer molher lidima.* & ibi *sem lidimas filhas.* & ibi *ou outros legitimos descendentes.* & ibi *ou doutra sua lidima molher.* & instrumentum electionis Ioannis I. factum in Comitiis Conimb. ibi *filho ou filha lidimo, & tal que de direito prodesse herdar os ditos Reinos.* & testamentum eiusdem Regis ibi *ou seu filho, ou neto lidimo &c. secundo se requere per direito & custume em soccessão destes reinos & senhorios.* & epistola Regis Alfonsi V. ibi *& delle fiquem filhos ou filha legitima mente nascidos.* & ibi *doutra qualquer minha legitima molher.* & ibi *da Princesa sua legitima molher.* Quæ ostendunt illegitimos semper ab horum Regnorum successione fuisse exclusos. VIII.

Idem probatur vberiùs adhuc multis exemplis quæ habemus in historiis horum Regnorum, quia Regina Castellæ Beatrix filia Regis Fernandi exclusa fuit à successione Regni, quia non erat legitima. Infantes item Ioannes & Dionysius fratres Regis Fernandi filij Petri Regis & Agnetis à Castro exclusi sunt, quia illegitimi, vt constat ex Chronico Ioannis I. p. 1. C. 182. & C. 185. Et idem Rex Ioannes I. frater Fernandi Regis, quòd esset illegitimus, necessarium fuit vt à populis eligeretur, & insuper habilitaretur & legitimaretur à Summo Pontifice, vt factum fuit à Papa Bonifacio XIV. vt constat ex Bulla, & ex Chronico C. 188. Prætereà Rex Ioannes II. cùm teneretur desiderio relinquendi regnum filio suo illegitimo Georgio, vt constat ex verbis Testamenti, & ex Chronico eiusdem Regis C. 51. non id tamen fecit, imò Regem Emmanuelem consobrinum suum omisso filio nominauit. IX.

§. 1.

Respondetur rationibus quæ pro Antonio afferri possunt.

PRIMVM obiicitur: hîc non agi de successione ascendentis, sed collateralis, constare verò filios illegitimos posse succedere collateralibus ex parte patris, quemadmodum etiam possunt extranei, iuxta Glo. verbo participium. in auth. quib. mod. X.

nat. effic. fui. §. vlt. intellecta per Bart. in l. si is qui ex bonis. vbi Iaſ. n. 3. ff de vulgari. Bal. & alij quos citat & ſequitur Roland. Conſ. 87. n. 16. & 24. Roias c. 20. n. 47. & eſt commune ex Mol. lib. 1. c. 17. n. 16. & lib. 2. c. 11. n. 33. ſed facilè reſpondetur Glo. & Doctores loqui tantùm de ſucceſſione ex teſtamento, in quo illegitimus poteſt inſtitui, quemadmodum & à quolibet extraneo. Aliter tamen eſſe in ſucceſſione ab inteſtato, iuxta ſuperiùs dicta in hac illat. n. 1. quare cùm certum ſit ex q. 1. Regna deferri inſtar hæreditatis ab inteſtato, non poteſt illegitimus nec extraneus ad ſucceſſionem horum Regnorum vocari, ſed debet ſuccedere conſanguineus propinquior, ad quem Regnum ab inteſtato deferatur, vt ſuprà diximus q. 1. n. 31.

XI. Secundum opponitur, cōpertum eſſe in iure filios naturales & illegitimos poſſe ſuccedere, tum ex teſtamento, tum ab inteſtato matribus ſuis, & conſanguineis ex parte illarum, vt probat text. in l. 2. l. 4. l. Modeſtinus. ff. vnde cognati. §. nouiſſimè inſtituta ad Orfic. §. vulgò inſt. de ſucceſſ. cognat. & iure nouo auth. In omni ſucceſſione promiſcuè vocari conſanguineos ex matre & ex patre citra differentiam text. in auth. de hæred. ab inteſt. §. ſi verò neque. verſ. nullam. Coll. 9. & conſequenter poſſe Antonium ſuccedere Regi patruo, quemadmodum ſuccedere poſſet auunculo & matertera. Hoc tamen ſoluitur concedendo, verum quidem illud eſſe, non inde tamen ſequi poſſe illegitimos ſuccedere conſanguineis ex parte patris, iuxta dicta n. 1. Ad textum reſpondetur, ſublatam eo tantùm eſſe differentiam inter conſanguineos legitimos inter ſe, non verò inter legitimos & illegitimos, quæ differentia nunquam ſublata eſt, vt obſeruat Ioan. Fab. in §. 1. n. 5. inſt. de ſeruili cogn. quam ſequitur Gom. in l. 9. n. 47. & Cac. Lup. quem citat & ſequitur Gab. Paleot. de nothis & ſpuriis c. 59. n. 4.

§. 2.

Oſtenditur non potuiſſe Antonium, etſi legitimatus eſſet, in regnum ſuccedere.

XII. OPPONITVR legitimatum fuiſſe Antonium, atque adeò poſſe tum teſtamento, tum ab inteſtato ſuccedere per textum in l. qui Prouincia. §. 1. ff. de ritu nup. auth. quibus mod. nat. effic. ſui. §. illud. ibi *nihil à legitimis differentes.* cum

aliis quos refert Roias c. 23. & n. 49.

Respondetur primò de hac legitimatione non constare, nec eam debere præsumi, cùm spectet ad factum. Respondetur secundò, si extet & à Papa sit, nihil eam prodesse, cùm eiusmodi legitimationes non habilitent legitimatos, ad res temporales in Regnis, quæ subdita non sunt in temporalibus Ecclesiæ. Glo. verb. habeat potestatem, in c. per venerabilem. 13. qui fil. sint. leg. quam sequuntur Anto. n. 11. Abb. n. 22. & omnes ibi. Bart. in l. Cunctos populos. n. 41. C. de summa Trinit. & in auth. ex complexu. in fine. C. de incest. nupt. Estque communis opinio iuxta Roias C. 23. n. 115. & Mol. lib. 3. C. 2. n. 11. Palaez p. 1. q. 58. n. 10. nisi Papa habilitet priùs, & legitimet ipsum & matrimonium, ex quo nati sunt filij, quia tum consequenter legitimantur filij, & habilitantur ad res temporales, vt fecit Pontifex in casu Regis Dionysij, de quo suprà, Illat. 1. à n. 6. Quare cùm legitimatio Antonij facta non fuerit in consequentiam matrimonij legitimati, non poterit habilitari legitimatione Pontificis ad temporalia. maximè cùm certum sit nullum prorsus matrimonium inter Infantem Ludouicum & Matrem Antonij fuisse. XIII.

Respondetur vlteriùs legitimationem Antonij, si à Rege sit, ei prodesse non posse, quia ex iure legitimationes filiorum naturalium (quod attinet ad successionem ab intestato) id solùm efficiunt, vt possint succedere parentibus suis, non autem transuersalibus ex parte patrum. per textum in l. Communium in prin. d. auth. qui mod. nat. §. filium. Vnde sequitur Antonium succedere non posse. XIV.

Nec refert dicere hos textus tantùm loqui de legitimatione facta per oblationem Curiæ, & non procedere in ea, quæ fit rescripto Principis, vt ex textu in auth. quib. mod. §. quapropter id affirmant Bartolus & Baldus in l. communium, & alij quos citat Couar. de sponsalibus 2. p. C. 8. § 10. n. 2. Roias n. 49. Anto. Gom. decis. 3. n. 7. quia verum est eiusmodi textus procedere in legitimatione facta per rescriptum Principis, vt intelligit Bald. in l. Cum in spuriis n. 6. C. de adoption. Anto. in d. c. per venerabilem. post medium vers. quia suprà. Salic. in l. fratres. n. 3. C. de inofficioso. & ibi. Ias. n. 6. vers. limita. Pala. Rub citatus à Couat. nixi eo quòd non est sufficiens ratio differentiæ inter vtramque legitimationem, & quòd fauorabilior est, quæ fit per oblationem Curiæ, quàm quæ conceditur rescripto Principis, vt notat Paulus de Castro in l. ex facto. in fine principij. ff. de XV.

vulg. & probat cum aliis Titaq. de iure primog. q. 34. n. 51.

XVI. Et quamquam in iure verior esset opinio Bartoli in d. l. communium, contraria tamen est recepta in his Regnis vsu & consuetudine antiquâ, ex qua constat in legitimationibus à Rege concessis huiusmodi clausulam poni, vt legitimati possint ab intestato succedere patri & matri tantùm, quæ clausula habetur in legitimationibus scriptis, quæ continentur lib. 1. lecturæ nouæ legitimationum fol. 1.

XVII. Præcipuè quia filius legitimatus non potest patri succedere, nisi hac lege, vt non accipiat ex hæreditate maiorem partem quàm sit ea quæ obtingit cuilibet filiorum, cui minor portio contingit, vt probat text. in l. Communium §. vlt. & in auth. quib. mod. nat. §. & quoniam variè ibi. (ita tamen vt non ampliùs habeat vno horum, qui ab initio legitimi sunt, & inter omnes minùs habentes.) Ex quibus textibus id colligit Baldus in c. per tuas. n. 2. de Maior. & Alex. Iaf. Dec. Titaq & alij quos refert & sequitur Mol. l. 2. c. 11. n. 19. intelligendo procedere etiam in legitimatis per rescriptum Principum, & hanc tradunt esse communem opinionem Dec. Conf. 243. Coll. 2. Zucard. in l. posthumo. n. 44. C. de contra tabul. Et est magis commune apud Ruin. Conf. 107. n. 10. lib. 3. contra alios qui intelligunt eiusmodi textus loqui tantùm de legitimatione facta per oblationem Curiæ. Atque ita patet non posse legitimatum succedere in Regnum patri suo, quanquam sit natu maior fratribus legitimis, quia si succederet illi, minùs acciperent quàm ille; imò ille plus omnibus acciperet, quandoquidem eos successione prorsus excluderet, quod repugnat & iuri & Doctoribus, qui docent etsi extet decretum, cuius virtute viri excludant feminas, viros legitimatos rescripto eas non excludere, vt cum aliis sentit Mol. lib. 3. c. 2. n. 7. & c. 5. n. 75. vbi post Decium ait hanc esse communem sententiam, quam tenent Sarmient. lib. 1. select. c. 8. n. 12. Peres ad l. 1. tit. 2. l. 5. Ord. p. 95. Coll. 1. & alij citati à Titaq. de iure primog. q. 34. n. 52.

XVIII. Accedit quòd vt filij per legitimationem habilitentur ad succedendum parentibus ab intestato, requiritur consensus eorumdem parentum, quemadmodum requiritur consensus filiorum, iuxta text. in auth. quib. mod. nat. §. Illud. vers. si verò is. & vers. generaliter, vt resoluunt Abb. Dec. & Anto. Capyc. citati à Roias c. 33. n. 23. Couar. c. 8. §. 2. n. 13. Et in legitimatione Antonij non potuit interuenire consensus Infantis patris sui, cùm eum in suo testamento nominet filium naturalem,

vt

v. constat ex clausula testamenti, quæ refertur in sententia lata in causa legitimationis Antonij. Vnde patet nec Infantem eius patrem hæredem ipsum instituisse, nec ipsum ei tanquam legitimarum successisse.

Et quanquam interueniret talis consensus, & in hoc Regno seruaretur opinio Bartoli in l. Communium. & iuxta illam legitimari, rescripto Regum possent succedere ab intestato consanguineis collateralibus ex parte patris, non idcircò posset Dom. Anto. virtute eiusmodi legitimationis in Regno succedere. Nam illa sententia locum habet in bonis patrimonialibus, & non in rebus, quæ procedunt ab aliquo primo institutore, qui nolunt admittere nisi legitimos, & consequenter excludere naturales, vt suprà dictum à n. 4. quanquam ij legitimati essent, vt in feudis probat textus in c. 1. §. si quis. vers. naturales. vti resoluunt multi Doctores quos citant Pet. Duen. reg. 36. à prin. Couar. §. 2. n. 27. Iul. Clar. verb. feudum. q. 82. & in bonis Coronæ probat Ord. lib. 2. tit. 17. §. 10. & constat ex formula legitimationum Regni. Nec item in Maioratibus bonorum patrimonialium dicta opinio procedit ex communi sententia, quam adducit Palaez 2. p. q. 1. Nec in Emphyteusibus Ecclesiasticis, iuxta Baldum in l. generaliter. §. Cùm autem n. 2. c. de inst. vbi Ias. n. 9. ait neminem huic sententiæ refragari: & idem Ias. in l. 2. n. 205. C. de iure Emphyt. Ruin. Conf. 150. lib. 1. Iul. Clar. verbo Emphyteusis. q. 31. quæ opinio seruatur in hoc Regno in Emphyteusibus Ecclesiasticis concessis primo Emphyteutæ pro se & filiis suis, etsi in iis quæ nominatione fiunt, idem seruetur quod in secularibus disponit Ordinatio lib. 4. tit. 61. §. antepen. XIX.

Eodem modo quemadmodum in institutionibus & fideicomissis, quando institutor nobilis est, & constitutus in dignitate volunratem non habuit admittendi illegitimos & naturales, iuxta superiùs dicta n. 6. ita etiam noluit eos admittere etiam legitimatos. Ita Baldus Conf. 203. ad med. lib. 5. ex text. in vers. naturales. quem sequitur Alexander Conf. 94. n. 5. lib. 2. & alij quos citat Tiraq. de nobil. n. 15. & Mol. lib. 3. c. 5. n. 30. vbi ait hanc esse communem opinionem sine vlla contradictione. Itaque quemadmodum naturales filij non possunt succedere in Regnum, quia est contra mentem populorum. ex dictis suprà n. 6. ita etsi sint legitimati non possunt succedere. XX.

Patet hoc magis quando in rescripto Principis non declaratur expresse vt legitimatus possit succedere in Regnum, quia nisi ita declaretur non sufficit dicere vt possit succedere in quas- XXI.

cunque dignitates; vt docet Baldus in l. Eam quam. n. 44. C. de fideicommiss. & in c. per venerabilem. n. 13. qui fil. sint leg. quem sequitur Cassan. in catal. p. 1. consid. 77. fol. 29. col. 3. Gregor. Lop. in l. 4. tit. 15. p. 4. verb. *todas las honras.*

XXII. Etsi autem Antonius expressè legitimatus & habilitatus esset à Regibus ad successionem Regni, nihil hoc ei prodesset; quia neque Rex per se, neque Papa ex consensu Regis potest legitimare aliquem illegitimum etsi filium Regis ad succedendum in Regno, dum extat aliquis consanguineus eiusdem Regis legitimus, cui ex iure debeatur successio, vt post Innocentium tradit Domin. in c. Grandi. n. 10. quem sequuntur multi, quos allegat Mol. lib. 2. c. 11. n. 22. Costa p. 150. Gama decis. 228. à n. 13. Burg. in proem. ad l. Tauri n. 326. & meritò, quia quemadmodum Rex non posset per alium modum auferre successionem Regni propinquo suo cui debetur, quanquam ille alius esset legitimus, vt probauimus q. 1. n. 31. ita id facere non potest legitimando filium illegitimum, vt hac ratione præferatur ei cui successurus est argu. reg. cùm quid vna via, de reg. iur. in 6.

XXIII. Confirmatur communis hæc sententia ex doctrina Bartoli ex l. Gallus. §. & quid si tantum. n. 14. ff. de lib. & posthum. vbi resoluit non esse necessariam citationem consanguineorum collateralium, vt valeat legitimatio filij illegitimi, quæ fit in vita patris sui, & ex eius consensu, vt ei succedat in bonis patrimonialibus; quia de illis poterat patet pro libito disponere, & alienis tradere, exclusis collateralibus. argu. l. cùm adoptio. ff. de adoptione. Quæ doctrina Bartoli recipitur communiter à multis, quos refert Couar. de sponsal. 2. p. c. 8. §. 9. n. 7. Mol. lib. 3. c. 3. n. 10. Hatmian. c. 8. n. 7. & ita intellexit Bart. necessariam fore citationem propinquorum collateralium vel aliarum personarum, quæ detrimentum acciperent ex legitimatione filij illegitimi in iis bonis, quorum dispositio patri libera non est, vt ex eodem Bart. multi collegerunt, quos citat Gam. vbi suprà à n. 15. & Mol. n. 10 affirmantes idem dicendum esse, etsi tales personæ non habeant acquisitum ius in re, sed solùm in spe.

XXIV. Quare cùm Antonius illegitimus concurrisset cum propinquis legitimis Regum huius Regni, quibus debebatur successio, & constet si foret legitimatus neminem citarum fuisse, sequitur talem legitimationem valere non posse, nec detrimentum afferre talibus propinquis, vnde eâ non obstante possent prætendere successionem Regni, quin Antonius præferri posset, etsi legitimatus & habilitatus expressè foret ad succedendum in

regnum, cùm constet non potuisse eiusmodi legitimationem aliquo modo propinquis legitimis præiudicare, iuxta superius dict. q. 1. n. 31.

Itaque casu quo Antonius legitimatus & habilitatus expressè foret, intelligendum erat, nisi esset propinquus legitimus, ad quem regnum pertineret, cui præiudicari non poterat. argu. text. in l. 2. §. si quià Principe. ff. ne quid in loc. public. c. super eo. de Offic. deleg. & Gl. verb. legitimi. in vers. naturales, recept. ab And. de Isern. & aliis quos refert Mol. lib. 3. c. 3. n. 26. dum ait filium legitimatum & habilitatum expressè ad feudum, tunc posse succedere, quando deficit persona legitima, cui feudum debetur, nam aliter non posset succedere, vt cùm Salic. resoluit Alex. Cons. 60. n. 2. lib. 2. & alij, quos refert & sequitur Mol. c. 3. n. 29. & Anto. Rosellis quem citat. XXV.

Quapropter Rex Ioannes II. etsi per se posset Georgium filium legitimare. tex. in c. per venerabilem. § insuper qui fil. sint legit. vbi contra Glo. in verb Regi. notarunt Abb. & Præpos. n. 121. Couar. c. 8. §. 8. n. 10. Ias. & alij, quos sequitur Roias d. Epit. c. 23. n. 82. & est com. iuxta Soc. Cons. 95. n. 5. lib. 4. Et quanquam desiderabat eum habere successorem, vt diximus n. 9. tamen intellexit id fieri non posse in præiudicium collateralium, ad quos successio pertinebat, atque adeò declarauit suo testamento successorem Regni, Emmanuelē fratrem patruelem. XXVI.

Itaque vt Rex Ioannes I. regnare posset legitimatione, quam pro ipso populi à Pontifice postularant, necesse fuit constare nullum propinquum legitimum Regis Fernandi vltimi possessoris tunc extare, vt ostensum est publico ad id facto in comitiis instrumento. XXVII

ILLATIO TERTIA.

Raynutius Parmæ Princeps ab horum item successione Regnorum excluditur.



ROBATVR, quia huiusmodi successio defertur tanquam hæreditas ab intestato Regis vltimi possessoris consanguineo propinquiori, iuxta superiùs dicta. q. 1. à n. 43. iuncto textu in prin. inst. de legit. agnat. success. Constat verò Raynutium in remotiore gradu esse aliis prætensoribus, qui omnes sunt filij fratrum Regis Henrici, atque adeò in tertio gradu sunt l. Iuris- I.

consultus. §. Tertio. ff. de gradibus. §. 3. inst. eod. At Dom Raynutius nepos est Infantis Eduardi fratris Henrici, atque adeò est in quarto gradu. d. l. Iurisconsultus. §. quarto. textu in §. quarto inst. eod. Ex quo sequitur, dum horum aliqui viuat, non posse Raynutium succedere.

II. Obiicies: Raynutium repræsentare Mariam matrem, & beneficio repræsentationis reponi in tertio gradu, in quo sunt alij prætensores, & hac ratione præferendum Catharinæ materteræ, quæ ætate iunior est Maria. argu. l. vlt. ff. de fid. instr. & Regi Philippo, & Duci Sabaudiæ Emmanueli Philisberr, quia Maria eius mater filia erat Infantis Eduardi, quem repræsentatet si viueret, cum prærogatiua masculi, ex dictis superiùs q. 5. atque adeò omnes excludendas esse, eo iure quo dictus Eduardus omnes excluderet.

III. Respondetur, in successione lineæ collateralis, de qua hîc agitur, non concedi beneficium repræsentationis nisi nepotibus filiis fratrum, illius personæ cui succeditur, vt hoc beneficio teneant locum & gradum parentum, qui erat secundus gradus. §. 2. inst de gradibus, vt suprà dictum q. 3. à. n. 22. Vnde cùm Raynutius non sit filius sororis, sed neptis Regis Henrici, atque adeò sit in quarto gradu, sequitur non posse repræsentare Mariam matrem, atque adeò nec per se, nec beneficio repræsentationis potest succedere.

IV. Obiicies iterùm: Regnum defertur tanquam hæreditas, atque adeò debet præferri Raynutius per viam transmissionis, etsi præferri non possit per viam repræsentationis: & ratio est, quia Infans Eduardus eius auus præferendus erat omnibus prætensoribus, & matribus eorum, in successione Regis, quam transmisit Infans in Dominam Mariam primogenitam iure sanguinis, ex regula l. vn. c. de his qui ant. apert. tab. quam successionem eadem Maria tanquam hæres sua Infantis patris, transmisit ad Raynutium filium iure suitatis, iuxta textum in l. apud hostes. C. de suis & leg.

V. Respondetur, in terminis huius successionis non habere locum transmissionem, quia huiusmodi successio est hæreditas Regis nostri: at nemo potest transmittere hæreditatem hominis viuentis, quanquam talis sit persona quæ per eius mortem succedat, argu. text. in l. 1. ff. de hæred vel act vend. l. neminem. 17. ff. de acquir. hæred. iuncta l. apud hostes. ibi. *patre defuncto.* & l. vn. C. de his qui ant. apert. ibi. *defuncti.* Constat autem hæreditatem defuncti non transmitti ad hæredē cui defertur, dum ab illo

non est acceptata, vt probatur per textum in l. si ex plutibus. in prin. ff. de suis. & leg. d. §. in nouissimo. vers. hæreditatem, cum aliis de quibus latè Anto. Gom. tom. 1. c. 9. à prin. quæ regula limitata est priuilegio specialiter concesso descendentibus, cuius virtute, si sint hæredes sui, possunt transmittere hæreditatem in quoslibet hæredes iure suitatis, vbi primùm eis defertur, quin exerceant aliquem actum, quo se immisceant tali hæreditati. l. apud hostes. l. 3. C. de iure de lib. cum multis quos referunt Gom. n. 20. & Tiraq. in tract. l. mort. p. 2. declat. 5. n. 22. Menchac. lib. 1. de success. res. §. 7. à prin. Et quanquam non sint hæredes sui defuncti, possunt tamen transmittere suam hæreditatem ad suos descendentes iure sanguinis, vbi primùm ad eos delata est, etsi non sit acceptata. d. l. vnica. C. de his qui ante apert. d. §. in nouissimo. vers. exceptis. declarat latè Anto. Gom. vbi suprà à n. 41. & constat huiusmodi regulam limitatam esse à textu. in l. cùm in antiquioribus. c. de iure de lib. & in d. §. in nouissimo cum aliis de quibus Gom. n. 51. Tiraq. d. decl. 5. n. 21. iuxta quos textus quilibet hæres, antequam acceptet hæreditatē eam transmittit in quoslibet hæredes, si moriatur intra vnum annum à die, quo resciuit eam sibi hæreditatem esse delatam.

Quare quando Infans Eduardus mortuus est, non potuit transmittere ius istius successionis tanquam hæreditatem Regis in Mariam filiam, quia tempore mortis Infantis non erat adhuc Henricus Rex huius Regni: & quanquam foret quia superstes fuit Infanti, non poterat Infans transmittere hæreditatem quam non habebat, iuxta regulam l. 1. ff. de hæred. vel act. & consequenter non poterat acceptari ab Infante, vt eam transmitteret, imò nec ei delata erat vt posset transmittere iure suitatis, vel iure sanguinis, vel per dispositionem. d. l. cùm in antiquioribus. Accedit quòd cùm Rex Henricus noster non sit ascendens, sed frater Infantis, etsi huic eius hæreditas delata foret, adhuc non posset Infans in proprios filios transmittere, nec iure suitatis, nec iure sanguinis, vt probat textus in l. quoniam sororem. C. de iure de lib. atque adeò neque Maria poterat transmittere huiusmodi successionem ad Raynutium filium; & idcircò etsi Infans Eduardus auus præferendus erat prætensoribus, & quanquam Maria mater beneficio repræsentationis præferenda item esset si viueret mortuo Henrico, tamen quòd iam vterque defunctus esset, neuter potuit hæreditatem transmittere. VI.

Obiicitur tertiò pro Raynutio: Filius primogenitus Regis VII.

habet in vita patris sui, in habitu, certum quoddam ius primogenituræ, quod acquisiuit cùm natus est: quod quidem ius ei tribuit primum locum in successione Regni cum spe & certitudine succedendi Regi patri; quod ius quanquam in vita patris suspensum sit, tamen in filios transmittitur, non tanquam hæreditas patris qui ante illum mortuus est, sed tanquam ius acquisitum, vt cum Oldrad. & aliis resoluit Mol. lib. 3. c. 6. n. 37. Constat autem Infantem Eduardum, in linea collateralium respectu Henrici Regis habuisse idem ius, quod habet primogenitus in linea recta descendentium, quia primus locus successionis post Henricum debebatur Eduardo fratri, qui cùm masculus esset, præferendus erat Imperatrici & Infantibus matribus prætensorum, si omnes superstites essent Henrico, & consequenter dictus Infans Eduardus transmisit ius istud acquisitum ad Mariam filiam, & illa ad Raynutium filium. Respondetur hoc argumentum nihil concludere in fauorem Raynutij, quia certum est ne ipsum quidem filium primogenitum Regis, qui mortuus est viuente patre, posse transmittere ius primogenituræ ad suos filios, vt latè dicetur infrà illatione 4. à n. 12.

VIII. Obiicitur quartò: Ius succedendi in hoc Regno habet originem contractus inter viuos, considerata electione Regis Ioannis I. cuius virtute populi ei concesserunt potestatem & dignitatem Regiam illi & descendentibus: atque adeò Infans Eduardus poterat transmittere in suos filios ius quod habebat succedendi in hoc regnum, quanquam esset conditionale vel incertum, iuxta tex in §. ex conditionali inst. de verborum obligat. & in l. Is q. 41. vbi Glo. 1. ff. de action. & id quod tradunt Doctores citati ab Aluaro Vas. vers. comprobatur. textu 2. in l. quoties. C. de donat quæ sub modo. Respondetur, populos etsi elegerint in Regem Ioannem I. voluisse successionem Regni deferri descendentibus iure hæreditario, & tanquam hæreditatem Regis vltimi possessoris, iuxta superiùs dicta q 1. n. 43. Itaque hæc Regna deferuntur iure hæreditario, etsi Rex Ioannes electus foret voluntate populorum; atque adeò eius descendentes succedunt iure hæreditario, & in his terminis constat non esse locum transmissionis viuente Rege vltimo possessore, vt suprà dictum n. 5. Regula autem textus in d. §. ex conditionali, cum similibus procedit in contractibus propriis simpliciter factis, qui vti tales incipiunt, & vti tales desinunt, ad quos non est necessaria hæreditaria successio: nec illi ex illa pendent argu. text. in l. verba. 20. ff. de verb. signif.

APPENDIX.

QVOD attinet ad Emmanuelem Philisbertum, non opus est quidquam de eo dicere, quia cùm constet filium esse Infantis Beatricis iunioris, quàm Imperatrix Isabella mater Philippi; ipsúmque natu minorem eodem Philippo esse, nullum præ Philippo ius habet. Quare probato Dominam Catharinam præferendam esse Philippo, constat maiori iure Emmanueli præferendam, arg. regulæ. textus in l. de accessionibus 14. vers. nam qui me. ff. de diuer. & tempor. iuxta Cynum Salic. & alios quos citat Anto. Gab. lib. 4. Communium tit. de succes. ab intest. conc. 4. n. 2. & 3.

ILLATIO QVARTA QVADRIPARTITA.

Ostenditur successio horum Regnorum ad serenissimam Dominam Catharinam, non ad Regem Philippum Catholicum pertinere.

PRIMA PARS.

PROBATVR primò, quia filiæ in successione horum Regnorum repræsentant patrem cum omnibus eius prærogatiuis, vt latè probauimus q. 5. Constat verò Eduardum Infantem Catharinæ patrem, si viueret, successurum esse Henrico, & Isabellam Imperatricem eiúsque descendentes exclusurum: tum ex regula l. vlt. ff. de fidei Instr. rum ex iis quæ infrà dicentur n. 51. & 56. & est certum. Vnde item constat eius filiam Catharinam beneficio repræsentationis facturam id quod eius pater facturus erat si viueret. I.

II. Confirmatur argumento Bartoli in l. liberorum. n. 14. ff. de verborum sign. quia si Rex Catholicus prætendit succedere per viam repræsentationis, patet præferendam esse Catharinam, cùm hæc repræsentet patrem Eduardum, qui exclusurus erat Isabellam matrem Philippi, atque adeò eandem Catharinam, & Isabellam & Philippum eius filium exclusuram esse, iuxta superiùs dicta argu. text. in l. Pomponius. 13. §. 1. ff. de acqui. poss. & l. illam. C. de Collat. Si autem prætendit suc-

cedere ex propria persona, omisso beneficio repræsentationis, certius multò est excludendum esse à Catharina, non solum propter prærogatiuam masculi quem repræsentat, sed quia per repræsentationem intrat in secundum gradum, in quo Infans Eduardus erat cum Rege Henrico. §. gradu secundo. inst. de grad. iuncto textu in auth. de hæred. ab intest. §. si autem ibi. *In propriorum parentum succedentes locum.* Et in auth. vt fratrum filij in prin. ibi *paternum ad ingredientes gradum*, manente Rege Catholico in tertio gradu. §. 3. inst. de gradibus.

III. Nec potest opponi successionem horum Regnorum non fieri iure hæreditario, atque adeò ex hoc & aliis fundamentis locum non esse repræsentationi, & consequenter Regem Catholicum succedendo ex propria persona Catharinæ esse præferendum, cùm sexu illam & ætate præcedat, & in gradu æqualis sit. quia suprà q. 1. latè probatum est successionem horum Regnorum iure hæreditario deferri, & ibi n. 34. ostensum est hanc esse communem opinionem quæ tenenda est, iuxta Ord. lib. 2. tit. 5. & ibi à n. 49. soluta sunt argumenta in contrarium, & in 2. q. ostensum est beneficium repræsentationis habere locum in successione huius Regni, quemadmodum locum habet in hæreditatibus quæ deferuntur ab intestato, & hanc esse communem opinionem, vt patet ex dictis q. 3. n. 10. & ita decretum esse à Regibus constat ex dictis à n. 18. & ibi à n. 15. satisfactum est argumentis in oppositum.

IV. Nec obstat dicere Catharinam, quòd fœmina, esse inhabilem ad succedendum. Nam hinc sequitur inhabilem etiam Philippum fore, quia fœminæ filius est, atque adeò eius filij & descendentes inhabiles sunt, vt probat textus in c. 1. §. hoc autem notandum qui feud. dat. pos. & per illum resoluunt Doctores relati à Tiraq. de iure primog. q. 12. n. 12. Gom. in l. 40. Tauri. n. 61. & Mol. lib. 3. c. 5. à n. 45. Præterea vt rectè respondeatur, fœminas habiles esse ad succedendum latè probauimus q. 2.

V. Non item obiici potest non posse locum esse beneficio repræsentationis, quia non concurrit Patruus cum Nepotibus, quia suprà q. 4. à n. 6. probatum est etiam in hoc casu locum habere repræsentationem, & ibi n. 5 ostensum est hanc esse sententiam Glo. Accurs. & Bartoli, & tam communiter receptam, vt vix reperiatur in iure alia communior, & ibi à n. 21. Responsum est argumentis opinionis contrariæ, & n. 47. satisfactum est exemplo Aragoniæ.

VI. Nec tandem dici potest Catharinam non posse repræsentare patrem

Digitized by Google

partem cum prærogatiua masculi, atque adeò non posse excludere Regem Catholicum, qui masculus est, & per repræsentationem tenet gradum Isabellæ matris, & sexu superat Catharinam: quia suprà q. 5. à n. 10. latè probatum est, tum per leges Imperiales, tum per communem opinionem. n. 9. tum per multa exempla & sententias. n. 26. & n. 27. tum per leges Castellæ, & decreta expressa Regum Portugalliæ. n. 21. & n. 28. & n. 23. filiam in successione horum Regnorum repræsentare omnes qualitates & prærogatiuas personales patris, atque adeò excludere quoscumque pater exclusurus erat; & ibi à n. 29. soluta sunt contraria, & ex iis quæ diximus à n. 53. patet exemplum Martini Regis Aragoniæ nihil officere.

Potest tamen aliquis præter ea quæ dicta sunt q. 5. pro Rege Catholico dicere fœminam filiam filij primogeniti Regis præferri Patruis & Amitis, non quia repræsentat patrem cum prærogatiua masculi, sed quia filius primogenitus in vita patris habet primum locum succedendi ob primogenituram, quæ ei tribuit certam spem succedendi, quam amittere non potest nisi per mortem: quod ius primogenituræ transmittit ad filios vel filias, iuxta ea quæ tradunt Oldra. Cons. 224. n. 28. Baldus in l. ex hoc iure. n. 5. ff de inst. & in l. cùm in antiquioribus n. 11. C. de iur. delib. Abb. & alij quos refert Costa de succes. reg. pag. 9. Mol. lib. 3. c. 6. n. 37. & iuxta doctrinam Bartoli in l. Is potest. n. 8. ff. de acqui hæred. receptam à Doctoribus suprà citatis. q. 5. n. 16. qui filij & filiæ primogeniti Regis per hanc viam transmissionis vtentes eodem iure præferuntur in successione Aui omnibus illis, quibus pater præferendus erat. Quòd autem huiusmodi ius filij primogeniti sit certum & inuariabile, illum liberi possunt repræsentare; ita vt quando filia primogeniti per beneficium repræsentationis præfertur Patruis, non ideò præferatur, quia prærogatiuam masculi repræsentat, sed quia repræsentat primogenituram patris. Vnde ita intelligendi sunt Doctores citati q. 5. n. 9. & l. 2. tit. 15 partita 2. & declarationem Regis Alfonsi V. quæ adduximus q. 5. n. 23. & n. 24. & sequente. iuxta Mol. c. 6. n. 33. quod quidem aliter est in successione collateralium. VII.

Ex quo corroboratur argumentum. Nam collaterales non possunt vocari primogeniti, cùm non descendant à Rege transuersali, nec aliquis ex collateralibus dum Rex ille viuit, habet ius aut spem ei succedendi ob primogenituram; imò si qua spes est, amitti multis modis potest, & ita considerari non potest ius VIII.

Digitized by Google

primogenituræ in linea collaterali, vt affirmat Anchar. consil. 339. n. 24. & consequenter frater Regis non habet ius primogenituræ, quod possit ad liberos transmittere, nec tale est, vt ab iis repræsentari possit, vt scribit Anto. de Buttr. consil. 47. n. 3. quare non potest Nepos aut Neptis Regis excludere à successione alios consanguineos, ea ratione quòd repręsentet ius primogenituræ, quandoquidem illud non habebat.

IX. Præterea Rex Henricus non fuit Rex in vita Infantis Eduardi fratris sui, vt est notorium, ac proinde nunquam Infans ius habuit ei succedendi in regnum, & consequenter Domina Catharina, etsi repręsentet dictum Infantem, vt succedat Henrico in bonis patrimonialibus, non potest tamen illum repræsentare, vt ei in regnum succedat.

X. Augetur dubitatio, quia ex consuetudine huius Regni, Rege sine descendentibus defuncto, pertinet eius successio ad consanguineum propinquioré ei tempore mortis, iuxta ea quæ tradidimus suprà q. 1. n. 18. & n. 43. iuncto textu in prin. inst. de leg. agn succ. & l. 9. titul. 1. part. 2. ibi *que son mas propinquos parientes a los Reyes al tiempo de su finamiento.* Et ita intelligendum est, quia non est consanguineus propinquior ille, qui eo tempore mortis propinquior non est, etsi anteà fuisset, vt ex textu in §. cùm autem inst. de hæred. quæ ab intest. resoluit Baldus consil. 46. n. 5. lib. 1. & Paulus Castrensis consil. 164. n. 5. vers. ad secundum, lib 2. Pręposi. in c. 1. n. 15 vers. respondeo. de feud. March. & alij, quos citat Emmanuel Costa de successione regni, pag. 12. Quare cùm in Regnum debeat succedere consanguineus collateralis, eo tempore propinquior Regi vltimo possessori, videtur sequi non esse locum beneficio repræsentationis, in linea collaterali Regũ, vt post Decium tradidit Aluar. Vaz. q. 50. n. 16.

XI. His argumentis respondetur facilè, affirmando neptem Regis vltimi possessoris filiam filij sui primogeniti, ei succedere in Regnum, exclusis cęteris liberis eiusdem Regis, quia repræsentat patrem cum prerogatiua masculi, non iure aliquo transmittendi, & vlterius affirmando Catharinam repręsentare patrem cum prerogatiua masculi, & per illam excludere eos quos pater excludere debuisset.

XII. Probatur primò, quia Ioannes Andreas ad speculat. tit. de feud. ad. fin. affirmat filium primogenitum qui moritur in vita patris, nullo modo transmittere in filium ius & spem: quam habebat ei succedendi ob primogenituram, & idem sentit Abb. consil. 85. col. 2. lib. 1. & post illos Præpos. Aluar. Vaz. de iur.

emph. q. 50. n. 44. col. 2. in fine. Lucas de Pena. & Matth. de Afflic. quos citat & sequitur Costa. pag 109. & pag. 185. agendo specialiter de Regno hæreditario, de quo ait non posse in his Regnis transmissionem fieri. Anto. Gom. in l. 40. Tauri. n. 65. vers. 6. Anto. Gam. decis. 174. n. 19. & decis. 93. n. 2. quod extra dubium est in primogenituris, quæ deferuntur iure hæreditario, qualis est successio Regni, vt suprà dictum q. 1. n. 43.

Deinde probatur primò hoc ipsum, quia secundùm ius hæreditas hominis viuentis nullo modo potest transmitti, nec etiam per proprios filios, vt suprà dictum Illatione 3. à n. 5. XIII.

Secundò, est textus in l. 1. §. si impuberi. ff. de Collat. bonorum, vbi probatur filium arrogatum defunctum in vita patris adoptiui, non transmittere ad hæredes suos ius Quartæ, quod habebat rescripto diui Pij, ac ratione vtens spem talis filij esse anticipatam, ibi *prematura est enim hæc spes*, vt notarunt Albericus, Bartolus, & alij ibi, & alij citati à Costa, vbi suprà pag. 22. vbi pag. 23. ait hunc esse communem sensum, & in l. qui duos. §. cùm in bello. n. 4. col. 4. vers. ego tamen. Idem notat Bartolus in l. vlt. n. 2. ff. de lib. agnos. & alibi, vt refert Tiraq. de iure primog. q. 40. n. 210. conseq. & Mol. lib. 1. c. 13. n. 12. Idem significat textus in l. vlt. ff. de lib. agnos. ibi *in bonis superstitum libertorum nullum omninò ius patroni*, &c. XIV.

Notandum est autem Quartam, de qua textus in §. si impuberi pertinere ad filium arrogatum per legis dispositionem, & per quendam quasi contractum, quem pater adoptiuus cum illo iniit, ipsum arrogando: iuxta textum, & Doctores ibi in l. si arrogatot. ff. de adopt. & Alberic. n. 2. in d. §. si impuberi. Baldus, & alij, quos citat Costa in d. §. cùm in bello. vers. posteà. n. 4. col. 2. & tamen quia in ea Quarta habetur ratio mortis patris adoptiui, & illa debetur filio arrogato tanquam hæreditas, probat textus, talem non trãsmittere ad hæredes ius succedendi. XV.

Hinc est: vt filius, quanquam sit in potestate patris, & ei quasi debita sit legitima in vita patris. l. in suis. ff de lib. & post. l. vlt. §. pen. C. de curat. fur. ibi *quasi debita*. l vnica C. de his qui ante apert. tab. ibi *tanquam debita*. & notat Glo vlt. in l. 3. C. de iur. & fact. recepta communiter à multis quos refert Padil. ibi n. 32. cum aliis quos citat Roias in Epit. c. 7. n. 16. Si tamen, antequam pater, moriatur, non transmittit ne in proprios quidem liberos ius quod habebat ad legitimam, vt colligitur ex textu in l. apud hostes. C. de suis. & leg. ibi *patre defuncto*. & ex iis quæ suprà diximus Illatione 3. n. 5. & patet, quia si illud transmitte- XVI.

Digitized by Google

ret, non opus esset vt lex iuberet speciali priuilegio, vt transmitteret iure suitatis, quando mortuus est post mortem patris, & antequam faceret actum aliquem quo se immisceret in hæreditatem, atque adeò non esset necessarium excogitare beneficium repræsentationis, per quod nepos intrat in locum patris, vt succedat auo. §. cùm filius. inst. de hæred. quæ ab intest. cum similibus. Nam si satis erat via transmissionis, non opus erat via extraordinaria priuilegij & fictionis argu. text. in l. non cogendum. §. vlt. & ibi Glo. vlt. ff. de procurator.

XVII. Tertiò, idem probatur per regulam textus in l. vnica. §. sin autem. C. de Cod. toll. iuxta quam ille, cui relinquitur aliquid per dispositionem vltimæ voluntatis, tanquam hæreditas sub aliqua conditione, illud non transmittit ad filios, si mortuus fuerit pendente conditione, aut illa deficiente dum viuit: certum est autem ius quod habet filius primogenitus ad succedendum patri in Regno, habere quandam tacitam conditionem, scilicet si patri superstes fuerit, & diem incertum, cuiusmodi est dies mortis parentis: quod quidem vim conditionis habet. iuxta text. in l. 1. vers. hæres. iuncta. l. dies. 74. & l. hæres meus. versu hæres. ff. de cond. & demonstr. quare mortuo filio primogenito in vita patris deest conditio, sub qua ius succedendi habebat, & consequenter non potest transmittere in filios. vt probat Gl. vlt. in d. l. vnica. C. de his qui ante apert. quam sequuntur ibi Doctores, & alibi iuxta Ias. in l. si cui legatur. §. 1. n. 5. ff. de leg. 1. vbi ait esse commune: idem affirmat Ant. Gom. n. 65. col. 3. Couar. in c. Raynaldus. §. 1. n. 2. de test. Costa, vbi suprà pag. 98. & pag. 99. vers. nec potuit. Aluar. Vas. n. 44. col. 2. in fine. & Gama. decis. 93. n. 1. & Guillel. à Monserat. de succes. Regni dubio 1. n. 16. vbi concludunt ex hoc argumento, dictum primogenitum mortuum viuente patre, non transmittere ad filium ius primogenituræ.

XVIII. Quartò idem probatur, quia filius primogenitus Regis in vita patris non habet spem certam & inuariabilem, sed conditionalem & incertam & suspensam, quæ potest variari & amitti non solùm per eius mortem, sed etiam per aliquod delictum dignum priuatione Regni, & exhæredatione patris, facti ob aliquam ex causis Authentici, vt cùm de appel. §. aliud quoque. vers. causas. & Ord lib. 4. tit. 72. iuxta id quod dictum est suprà q. 1. n. 38. vnde meritò affirmat Mol. cap. 13. n. 30. filium primogenitum Regis, viuente patre, non habere spem certam, sed variabilem, quam Doctores adhuc in filio, variabilem respectu

legitimæ appellant, vt constat ex citatis per Mol. n. 32. & ex Bartolo multis in locis, & Paulo, & aliis quos citat Tiraq. q. 40. n. 221. & istud significat Iurisconsultus l. 1. §. si impuberi. ibi *præmatura est enim hæc spes.* Ex quo sequitur, talem filium primogenitum non posse transmittere ad suos filios ius, quod habebat succedendi Regi patri, & consequenter neptem non succedere Regi auo, excludendo liberos eiusdem Regis per viam transmissionis, sed solùm per viam repræsentationis.

Itaque Doctores, qui in quæstione filij & nepotis responderunt in fauorem nepotis filij primogeniti, omnes fundati sunt in beneficio repræsentationis, & non in transmissione, quia intellexerunt non esse locum transmissioni. Et contrà, qui responderunt in fauorem patrui contra nepotem, probauerunt non posse nepotem vti beneficio repræsentationis, quòd intelligerent certum esse non posse vti transmissione, vt patet ex iis quæ tradunt Aluar. Vas. q. 50. n. 6. vers. hanc conclusionem. & Costa, vbi suprà pag. 31. & per alta in rub. ff. de hæred. inst. n. 121. & Anto. Gam. decis. 174. n. 20. vbi post Aret. ait Doctores qui pro nepote stant, fateri non posse succedere, nec præferri filio per viam transmissionis, sed per beneficium repræsentationis. XIX.

Hoc ipsum probat l. 40. Tauri. quæ præfert nepotem filio in successione Maioratuum, non virtute transmissionis, sed beneficio repræsentationis, vt constat ex verbis legis. ibi *descendientes del hiio maior.* & ibi, *representen la persona de sus padres.* quæ lex procedit etiam in successione Regni, & in omnibus de quibus disponit & ampliat. l. 2. tit. 15. part. 2. vt aduertit Mol. lib. 3. c. 7. n. 17. XX.

Iuxta hæc in terminis legis mentalis, videmus non succedere in bonis Coronæ nepotem primogeniti, qui mortuus est in vita patris, sed filium secundum vltimi possessoris, vt affirmant Costa, Aluar. Vas. Anto. Gam. citati. q. 3. n. 3. nixi in eo quòd lex mentalis vtitur verbis negantibus repræsentationem in successione horum bonorum: certum est enim, quòd si filius primogenitus posset transmittere ius ad filios via transmissionis, posset nepos succedere auo in bona Coronæ exclusis patruis, etsi lex ei denegaret beneficium repræsentationis. Cùm autem constet nepotem patruo non præferri, rectè sequitur non posse patrem ius aliquod in eum transmittere. XXI.

Notandum est autem, successionem bonorum Coronæ habere originem ex concessione Regis, & ita procedere ex contractu & actu inter viuos, & non deferri iure hæreditario, vt notauit XXII.

Aluar. Vaz. n 13. & constat transmissionem habere locum in iure, quod resultat ex contractu, multò faciliùs quàm in successionibus hæreditariis, iuxta ea quæ notantur ex textu in §. ex conditionali. & ibi Glo. verb contigeris, & in d. l. vn. §. fin autem. C. de Cod. tol. quare cùm in successione bonorum Coronæ non detur transmissio, quia lex mentalis detulit successionem eorum filio maiori superstiti vltimo possessori, & quia filius maior in vita patris habet spem succedendi suspensam ea conditione, si ei superstes fuerit, affirmandum sine dubio est filium primogenitum Regis non posse transmittere in filium suum ius & spem succedendi patri, cùm prærerquàm quòd sit condirionalis successio Regis, defertur iure hæreditario.

XXIII. Nec Bartolus contrarium senrit in d. l. is potest. n 8. quia tantùm ait filium habere certum ius succedendi patri distinctum à iure filiationis, ad quod probandum sic ait: *quod apparet, quia mortuo filio primi gradus nepotes succedunt in illud, quia ius patris sumunt*, &c Ex quibus verbis non potest colligi mentem Bartoli fuisse, filium qui moritur in vita patris, transmittere ius succedendi; & sanè textus citati à Bartolo non agunr de transmissione, imò ea verba significant nepotem succedere beneficio repræsentationis in ius patris, vt probat textus in auth. de hæred. ab intest. §. 1. quem Bartolus allegat n. 8. quanquam Mol. lib. 3. c. 6. crediderit Bartolum ibi agere de transmissione.

XXIV. Nec obstat Oldrad. & alij Doctores citati n. 7. & alij qui dicunt filium primogenitum, qui moritur in vita patris, transmittere ad filios suos ius & spem succedendi, quam habebat: quia vel loquuntur in casu quo potest esse transmissio, cùm ius primogenituræ procedat ex contractu & actu inter viuos, ita vt non veniat iure hæreditario, in quibus terminis datur transmissio iuxta textum in d. quoties. §. ex conditionali, & in d. C. de donat. quæ sub modo, in quibus Doctores nituntur, vt constat ex Costa pag. 9. & Aluar. n. 44. col. 2. & 3. vel loquuntur de repræsentatione abutendo vocabulo transmissionis, vt apparet ex iis quæ scribunt Iacobus Sa de primog. n. 31. pag. 72. Mol. c. 6. n. 39.

XXV. Itaque negari non potest, nepté Regis vltimi possessoris filiam filij primogeniti ei succedere, excludendo alios beneficio repræsentationis, quandoquidé non excludit per viam transmissionis: & quanquam dicatur eiusmodi neptem repræsentare patrem cum prærogatiua primogeniti: non ideò dicendum Catharinam, quòd est in linea collaterali, non posse repræsentare In-

fantem Eduardum patrem cum hac prærogatiua, ad excludendum eos quos ille debebat excludere, si Regi Henrico superstes esset.

Ratio est, quia etsi hæc verba *primogenitura* & *primogenitus* respectu patris qui genuit filios, non quadrent nisi in descendentes, generaliter tamen accepta quadrant etiam in collaterales, & in quamcumque personam, quæ natu maior est aliis, vt declarat Bald. l. cùm in antiquioribus. n. 11. vers. 1. Impius auth. in Cõsuet. Paris. §. 8. Gl. 1. n. 1. & alij apud Tiraq. de iure primog. q. 1. n. 6. & n. 7. & n. 12. ait hæc verba *primogenito* & *maior* idem significare. Et ita sentit textus in c. Ioseph. de verb. sign. & hinc est vt filii primogeniti in Lusitania appellentur *morgados*, & primogenitura *morgado*, & in Castella *maiorasgo*, vel *maioria*, vt obseruat idem Tiraq. n. 14. & cum aliis Mol. lib. 1. c. 1. n. 2. 17. Sumpto formaliter hoc verbo, vt eo vtuntur Doctores in materia successionis Regni, & qualibet aliâ, primogenitus ille appellatur qui habet primum locum in successione, seu per viam maioritatis, seu per aliam, & ita *ius primogenituræ* importat primum locum successionis, atque adeò quemadmodum in linea descendentium, ille habet nomen & ius primogeniti, qui habet primum locum in successione, & aliis præferri debet, etsi natu maior alioqui non esset, vt apparet in filio Regis masculo, qui nascitur post sorores: ita etiam in linea collaterali ille habebit nomen & ius primogenij, qui in quacumque successione primum locum succedendi Regi collaterali habuerit. Quod probatur per textum in c. licet de voto. iuncta Gl. verb. si dictus, vbi agens textus de Regno Hungariæ, ait Ducem Andream habere ius in eius successione *ordine genituræ* ad succedendum Regi fratri, & ita probat in linea collaterali esse ius primogenituræ in successione Regni, vt cum aliis notat Paulus Paris. quem refert Tiraq. de iure primog. q. 41. in prin. & ibi post Aretinum, & Soc. quos citat, resoluit esse ius primogenituræ in successione collateralium, & idem cum Afflictis & aliis affirmat Couar. pract. c. 38. n. 9. vers. 3. ad intellectum. XXVII.

Nec Anchar. cons. 339. n. 24. allegatus n. 8. negat hoc ius in collateralibus, quia si attentè legatur, solùm voluit ostendere non posse successionem Regni Aragoniæ, dum erant descendentes, ad collaterales venire, vt scribit n. 13. & n. 24. vbi ait & intendit probare non esse illis in Regnis consuetudiné, vt in defectu masculorum descendentium, veniret ab intestato primogenitura successionis propinquis transuersalibus, exclusis filia- XXVIII.

bus Regis vltimi possessoris, de quo ibi agebatur, vt constat ex dictis q. 5. n. 54. & ita concludit n. 13. & 14. ob defectum huius consuetudinis relinqui successionem illorum Regnorum dispositioni iuris communis, iuxta quod dum sunt descendentes, etsi fœminæ, non possunt collaterales habere ius primogenituræ, succedendo tantùm in defectum descendentium eo modo quo succedebant descendentes. argu. text. in prin. inst. de legit. agn. success. quanquam illud quod ait Anchar. de consuetudine Regni Aragoniæ falsum sit, vt diximus q. 5. n. 53.

XXIX. Vnde quemadmodum si Infans Eduardus & Isabella Imperatrix filij essent Regis nostri, ad Dominam Catharinam pertinebat hodie successio in Regnum, quia repræsentabat Infantem Eduardum patrem, qui quòd masculus erat, futurus erat primogenitus Henrici cum primo loco succedendi, exclusâ Imperatrice sorore, iuxta l. 2. tit. 15. part. 2. & epistolam Regis Alfonsi V. & ea quæ suprà diximus. q. 5. à n. 23. ita etiam etsi liberos non habuit Rex Henricus, necessariò sequitur, Infantem Eduardum fratrem, si viueret, habiturum esse primum locum successionis, exclusâ Imperatrice, & consequenter Dominam Catharinam beneficio repræsentationis locum & ius patris occupare, iuxta ea quæ diximus q. 5. n. 19. quia constat eiusmodi beneficium locum habere in linea collaterali, vt per illud nepos aut neptis repræsentet patrem cum iure primogenituræ, quod ille habebat ad succedendum fratri suo: vt in his terminis notarunt Soc. & Aret. quos refert & sequitur Tiraq. vbi proximè n. 1. & 4. Couar. vers. 3. reprobato Anto. Butræ. Cons. 47. suprà citato n. 8. contra quem scripserunt multi Doctores vtriusque Iuris, vt refert Matth. de Afflict. lib. 3. Const. rub. 24. n. 22. & hoc ipsum probant omnes Doctores qui in quæstione patrui & nepotis responderunt in fauorem nepotis, agendo de successione maioratus vltimo possessori suo collaterali. Idem probatur exemplis & sententiis adductis q. 5. à n. 26. & priuatim in successione Regni id probat Costa. vbi suprà pag. 170. & idem probatur in successione maioratuum per l. Tauri. 40. ibi. *de los maiorasgos à los transuersales.* & ibi. *representen la persona de sus padres*, quæ conformis est iuri communi, & procedit etiam in successione Regni, vt suprà diximus q. 5. n. 28.

XXX. Nec Ant. Butræ. contrarium sentit, quia tantùm ait filios in feudis nō repræsentare generaliter patres, nec in omnibus gradibus, nisi quando agitur de successione ascendentis; & in successione collateraliū post fratres & filios fratrū defuncti succedere agna-

agnatos, non per repræsentationem, sed iuxta proximitatem graduum ex dispositione iuris communis, & textum quem idem Butrio allegat n. 3. in c. prim. C. his verò. de successione fratrum & grad. success. & ita non negat Butrio repræsentationem ne in feudis quidem filiis fratrum defuncti, sed tantùm resoluit eam non dari in alio gradu in linea collateralium, etsi in omni gradu in linea ascendentium detur. Quod apparet, nam Butr. eo cons. 47. volebat ostendere locum non habere repræsentationem in casu de quo agebat, qui pertinebat ad successionem collateralium, in qua non concurrebant nepotes filij fratrum defuncti, nec nepos cum fratre, vt constat ex casu quem proponit Butr. ante Cons. & ex iis quæ affert Iacobus Sa de primog. pag. 123. in prin.

Nec obstat quod dictum fuerat n. 8. spem & ius quod habet XXXI. frater succedendi Regi fratri, non tam esse certum & constans, ac illud quod habet primogenitus succedendi Regi fratri, quia respondetur, dato quod hoc sit verum, non inde sequi non posse filiam talis fratris illum repræsentare cum iure, prærogatiuis, & spe quam habebat, quemadmodum in successione bonorum patrimonialium & hæreditatum diuisibilium, constat filios habere certius ius & spem certiorem, quàm fratres defuncti. l. Cùm ratio. ff. de bon. dam. d. principium. Inst. de leg. agn success. & tamen quemadmodum nepotes in iis repræsentant patrem in eo iure certiore ad succedendum auo. §. cùm filius. inst. de hæred. quæ ab intest. dict. auth. de hæred. ab intest. in prin. Ita etiam nepotes defuncti filij fratris repræsentant patrem in iure & spe, quam ille habebat ad succedendum fratri, quanquam hoc ius sit minus certum & constans, quàm illud aliud filiorum. dicto auth. de hæred §. si igitur secundo, cum simil. & constat satis esse vt sit locus repræsentationi, personam, quæ repræsentanda est, habuisse dum viueret aliquod ius primogenituræ in potentia & in habitu, etsi actu non habuerit, vt benè resoluit Mol. lib. 3. c. 7. n. 2. 3. 4.

Non item obstat quod habetur n. 9. quia vt detur beneficium XXXII. repræsentationis, non opus est, vt persona cui succeditur habuisset bona, de quibus agitur in vita illius qui repræsentandus est, nec textus qui repræsentationem concedunt, tum in successione ascendentium, tum collateralium, id requirunt, imò supponunt contrarium, dicendo per beneficium repræsentationis succedere nepotes filios fratrum in omni iure parentum, & accipere eandem portionem hæreditatis quam illi accepturi

essent, si viuerent tempore illius cui succeditur, vt probat textus in auth. de hæred. ab intest. à prin. & §. si igitur. 2. atque adeò quanquam Infans Eduardus mortuus esset ante Regem Henricum, non ideò desiit Catharina illum repræsentare cum omni iure, quod ille habiturus erat si modò viueret.

XXXIII. Nec tandem obstat: quod adductum est suprà n. 10. quia etsi verum sit debere succedere Regi vltimo possessori defuncto sine liberis consanguineum propinquiorem tempore mortis, vt probat l. 9. tit. 1. part. 2. & quanquam verum sit quod affirmant Bald. Castr. & alij citati n. 10. non ideò tamen sequitur beneficium repræsentationis inter collaterales locum non habere in successione Regni, quia etsi vera sit opinio Dec. Aluar. Vaz. de qua suprà n. 10. in fine applicari non potest ad successionem regni, quæ defertur iure hæreditario, tanquam hæreditas ab intestato virtute consuetudinis, quæ vim legis habet, vt suprà diximus q. 1. n. 26. 46. & 47. Constat enim in successionibus, quæ veniunt ab intestato per dispositionem legis locum esse repræsentationi etiam inter collaterales, etsi successurus sit consanguineus propinquior tempore mortis defuncti, vt probat textus in prin. & in §. proximus. inst. de legit. agnat. success. iuncto auth. de hæred. ab intest. §. si igitur. 2. Opinio autem Dec. potest procedere in maioratibus & successione, quę defertur per dispositionem hominis: quia in iis institutor, qui disponit vt succedat propinquior consanguineus, poterat magis amare ipsum citra repræsentationem, atque adeò velle vt verba propriè intelligerentur etiam sine repræsentatione argu. textus in l. vlt. c. de his qui ven. æta. vt resoluunt Baldus & alij, quos citat & sequitur Couat. c. vlt. n. 4. vers. 3. & Aluar. Vaz. q. 50. n. 36.

XXXIV. Videmus item in hæreditatibus ascendentium, successurum esse consanguineum propinquiorem tempore mortis, vt probat textus in §. cùm autem. inst. de hæred. quæ ab intest. cit. n. 10. & tamen in iis, quando ab intestato deferuntur, & per dispositionem legis datur repræsentatio. §. Cùm filius. eodem tit. Itaque in successionibus quæ deferuntur tanquam hęreditas ab intestato per dispositionem legis, atque adeò in Regno succedit ille, qui est propinquior tempore mortis: ad quod sufficit vt sit propinquior per repręsentationem, cùm ei locus sit tum in linea descendentium, tum collateralium.

XXXV. Probatur id per l. 9. tit 1. iuncta l. 2. tit. 15. in vers. pero. part. 2. dum dicitur in l. 9. Regi successurum esse filium natu maiorem superstitem tempore mortis. & in l. 2. dicitur successurum esse

filium maiorem post mortem patris; & tamen ait eadem l. 2 nepotem aut neptem filios talis filij maioris Regis successuros esse, excludendo patruos, & consequenter probat admittendam esse repræsentationem, teste Mol. lib. 3. c 8. in fine.

Ex his patet, filiam repræsentare patrem in successione Regni cum omni iure primogenituræ, & in eius locum intrare, siue ille præcederet ætate fratres, siue sexu sorores; & consequenter neptem aut sobrinam Regis filiam filij primogeniti, aut fratris, qui si viueret successurus esset, repræsentare patrem cum iisdem prærogatiuis, & præferri cæteris fratribus & sororibus patris, & descendentibus. Vnde constat Dominam Catharinam, quòd repræsentet Infantem Eduardum patrem, successuram esse Regi Henrico, excluso Philippo, quemadmodum Eduardus ipse, & ipsum, & eius matrem Isabellam erat exclusurus. XXXVI.

PARS SECVNDA.

Domina Catharina iure agnationis Regi Philippo præfertur.

CONSTAT in iure agnatos in successione cognatis præferri l. 1. ff. qui ordo in bon. pos. l. ad intestati, 5. l. patruo. 7. C. de legit. hæred. tex. in prin. inst. de success. cog. Certum est autem Regem Catholicum esse cognatum Regis Henrici, quòd sit filius sororis eius. l. inter agnatos. ff. vnde cognat. tex. in prin. vers sunt autem. inst. de leg. agna. suce. & Dominam Catharinam esse agnatam eiusdem Regis Henrici, cùm sit filia fratris eius. l sunt autem. quia non desinit esse agnata eo quòd sit fœmina. l. pronunciatio ad finem. ff. de verb sig §. Cæterum. inst. de l. agnat. agn. succeß. Paris. Cons. 15. in prin. & n. vlt. lib. 3. Nec quia nupta. l. voluntas. c. de fideicom. vbi Paul. Edis. in prin. Mol. lib. 1. c. 6. n. 39. Vnde sequitur etiam citra beneficium repræsentationis, Catharinam Philippo esse præferendam. XXXVII

Nec obstat dicere differentiam illam inter agnatos & cognatos, iam esse sublatam per textum de hæred. ab intest. §. si verò. neque vers. nullam. & vers. sed in omnibus. & in auth. post fratres. 1. in fine. c de legit hæred. quia respondetur ex Mol. lib. 3. c. 41. n. 4. iuncto quod dixerat n. 2. vers. Quartum. hos texrus abstulisse differentiam iuris antiqui, ad effectum admittendi æqualiter ad hæreditatem defuncti diuisibilem, omnes agnatos & cognatos, cùm omnes in eam possint succedere. Quando tamen hæreditas est indiuisibilis, & vni tantùm deferenda, qualis XXXVIII.

est hæreditas Regni, vt diximus. q. 1. n. 31. præferri debet agnatus cognato, vt disponunt textus citati n. prox. qui non sunt à reliquis antiquati.

XXXIX. Itaque constat ex media Iurisprudentia, certam quandam esse differentiam inter masculos & fœminas in successionibus hæreditariis, vt patet ex tex. in l. lege. C. de legitimis hæred. §. cæterum. inst. de leg. agn. success. quę media Iurisprudentia antiquata est per textum in l. maximum vitium. c. de lib. pręter. & in l. lege. §. si verò. vers. nullam, vbi statuitur vt fœminę cum masculis ęqualiter succedant; & tamen hoc non obstante in successione rerum indiuisibilium, concurrente viro cum fœmina, vir præfertur, quanquam illa senior sit, iuxta reg. textus l. vlt. ff. de fid. instr. & tradita per Mol. lib. 3. c. 4. n. 4. & probat Ord. lib. 4. tit. 62. §. 3. & in l. 11. tit. 1. p. 6. extrauag.

XL. Hinc est vt constet differentia inter agnatos & cognatos in successione rerum indiuisibilium; nam Doctores communiter affirmant fœminam agnatam defuncti præferendam esse viro cognato. Ita Paul. Castr. in l. sed si hęc. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. & ibi Alex. Soc. & alij quos citat Tiraq. de iur. primog. q. 13. n. 6. vnde cùm Catharina sit agnata Regis Henrici, Philippus cognatus: illa pręferenda est, vt in simili argumentatur Anchar. Cons. 339. n. 6. & in materia feudorum indiuisibilium resoluit Euerardus Cons. 75.

XLI. Nec dixeris Dominam Catharinam agnatam quidem esse, in ea tamen finiri agnationem, atque adeò filios eius non esse agnatos d. l. pronunciatio. 195. §. familię in fin. vbi Glo. cum l. seq. ff. de verb. sig. §. sunt autem. Atque adeò non posse excludere Regem Philippum, quandoquidem per illam non conseruatur agnatio, nec illa tanquam agnata succedet, vti non succedunt fœminę agnatę, quando vocantur agnati in successionem, vt cum Annan-Dec. Curt. & aliis resoluit Mol. lib. 1. c. 6. n. 40. conseq. & lib. 3. c. 5. à n. 1. & n. 69.

XLII. Respondetur enim sententiam horum Doctorum procedere in eo casu, in quo fœminę non possunt admitti ad successionem, vt fit quando institutor vocans agnatos voluit conseruare agnationem, tunc enim censetur cognatos excludere, & consequenter fœminas agnatas, ne per illas cognati succedant argu. text. in l. Oratio. ff. de sponsal. iuxta vulgarem allegationem. Quę opinio non procedit quando institutor nullâ factâ mentione agnatorum, solùm voluit vt res de quibus disponit vni tantùm personę sui sanguinis tradetetur, iuxta modum succes-

fionum ab inteſtato,ſecundùm tex. in l vlt. C. de verb ſig. quia tunc eius mens fuit non conſeruandi agnationem, ſed de bonis ſuis diſponendi. Vnde in hoc caſu agnata fœmina præferenda.

Hinc eſt vt populi in inſtitutione Regnorum expreſsè non voeauerint agnatos primi Regis, nec attenderint agnationem, ſed tantùm conſuluerint communi bono, ſtatuẽtes, vt ſucceſſio fieret, ad modum hæreditatum quæ ab inteſtato deferuntur in ſobole primi Regis, vt ſuprà dictum q 1. n. 18. & à n. 43. Vnde ſequitur, Dominam Catharinam agnatam Philippo cognato præferendam. XLIII.

Confirmatur, quia ius certum, quod habet de præſenti Domina Catharina vt agnata, non poteſt ei auferri per filios, neque per conſiderationem temporis futuri. argu. regulæ textus. in l. non quemadmodum ff. de Iudic. & regulæ l. non debet alteri. ff. de reg iur. vt in ſimili reſoluit Albert. Brun. de ſtat. exclud. fœmi. art. 6. mem. 2. q. 43. n. 82. XLIV.

Deinde Rex Catholicus eſt cognatus Regis; atque adeò ſi Catharina excludenda eſt propter filios cognatos, multò magis excludendus eſt Philippus, qui per ſeipſum cognatus eſt, vt in ſimili tenet Euerard. Conſ. 228. n. 3. in fine. XLV.

Nec proderit dicere Imperatricem matrem Philippi fuiſſe agnatam Regis Henrici, quòd erat eius ſoror. tex. in §. Cæterum in prin. inſt. de leg. agnat. ſucceſ. agn. & illum beneficio repræſentationis ſuccedere in ius matris: quia reſpondetur hîc non eſſe ſermonem de iure repræſentationis, ſed de iure agnationis: quòd ſi velimus argumentari ex repræſentatione, multò eſt fortius ius Catharinæ, quæ patrem vitum repræſentat. XLVI.

Videtur tamen facere pro Philippo textus in c. 1. de eo qui ſibi & hæred. in vſibus feud. in quo habetur quòd concurrente viro & fœminâ ad ſucceſſionem talis feudi, in quo fœmina ex pacto poſſit ſuccedere, prçferendus eſt vir, quanquam ſit filius fœminæ, vt ibi notant Pet. ab Anchar. & Florian. inter Conſ. Anchar. Conſ. 359. n. 3. & alij quos citat Tiraq. de iure primog. q. 13. n. 5. Vnde Euerard. Conſ. 228. reſoluit in ſucceſſione feudi virum filium fœminæ, præferendum eſſe fœminæ filiæ viri, iuxta Conſ. Gaſp. Caldr. quem citat & And. Iſer. in hçrar. verbo feud. Col. 3. Atque adeò videtur Philippus hoc nomine Catharinæ prçferendus. XLVII.

Sed ille tamen textus nihil prodeſt, quia in eo caſu quem proponit concurrebant filię viri cum filiis viri, itavt eſſent agnati inter ſe: quod aliter ſe habet in noſtro caſu, cùm Philippus ſit fi- XLVIII.

lius fœminæ non viri. Ac proinde fit cognatus non agnatus, in quibus terminis preferri non potest Catharinę.

XLIX. Preterea ille textus procedit in casu, in quo fœminæ non poterant succedere, dum extabat masculus descendens à primo feudatario, quanquam esset in gradu remotiore, vt ait textus ibi, *hæredibus suis masculis, vel eis deficientib. fœminis.* & eius ratio ibi. *non enim patet locus fœminæ in feudi successione, donec masculus superest ex eo qui primus de hoc feudo fuerit inuestitus.* Quam rationem in hanc mentem expendit Mol. lib. 3 c. 8. n. 9. & Sonsbeh. de feud. p. 10. à n. 143. quanquam Anchar. & suprà citati n 47. intelligant & citent illum textum diuersis in terminis, vt obseruat Mol. n. 9. Itaque iuxta illum textum fœminæ erant inhabiles ad succedendum in feuda, dum erant viri, in quocumque gradu ij essent, iuxta regulam textus. c. 1. §. hoc autem. his qui feud. dare possunt: vnde nec proprio patri poterant succedere, dum extaret vir descendens à primo feudatario, vt probat idem textus, in quo successit nepos, exclusis filiabus vltimi possessoris. At noster casus longè diuersus est; constat enim fœminas non excludi à successione Regni à viris qui sunt in gradu remotiore, sed ab illis qui sunt in eodem gradu, vt patet ex l. 2. tit. 15. p. 2. & resoluunt And. de Iser. & alij quos refert & sequitur Mol. lib. 3. c. q. n. 5. Burg. Cons 29. n. 10. vers. prędicta. & Palaez 2. p. q. 6. n. 24. Et idem est in maioratibus & bonis vincularis, in quibus succedant fœminæ (nisi aliter dispofuerit institutor) vt probat l. 12. tit. 1. p. 6. extrauag. & tradit Bald. Cons. 275. vers. Item lib. 2. & cum aliis Couar. lib. 3. resol. c. 5. n. 5. vers. rursus, & latè Mol. lib. 3. c. 5. n. 71. Burg. n. 41. Palaez n. 26. imò viri eiusdem gradus non excludunt fœminas, quando illæ eos præcellunt pręrogatiuis & qualitatibus, aut quia sunt agnatæ, vt diximus suprà à n. 37. aut quia repræsentant patrem, ex supradictis q. 5. à n. 21. & suprà in prin. huius Illat. à n. 1. aut aliâ ratione, vt infrà dicetur.

L. Itaque constat nullum fieri argumentum ex illo textu ad successionem Regnorum: quod adhuc ostenditur, quia si ille textus trahi posset ad successionem Regni, sequeretur si mortuo possessore vltimo, maneret filia & eius nepos ex fratre, nepotem exclusâ filiâ, successurum (nam hic est casus illius textus in feudo) hoc tamen est absurdum & falsum, vt patet ex l. 2. tit. 15. p. 2. ibi, *yno otro ninguno.* & ex citatis n. præced. Vnde constat non posse eiusmodi textum citari in fauorem Regis Philippi contra Dominam Catharinam, quæ illi & beneficio repræsentationis

& iure agnationis, & aliis rationibus infrà dicendis præferenda est.

PARS TERTIA.

Dominam Catharinam ratione melioris lineæ Philippo præponendam esse probatur.

TERTIO nouo fundamento constat Dominam Cathatinam præferri Philippo. Atque ad hoc ipsum supponẽdum est; in successione bonorum vinculatorum, maioratuũ, Regnorum, & aliarũ rerũ, quę institutione suâ vni deferuntur personæ, considerari quatuor qualitates ad videndum qualis sit persona, quæ in illis debet succedere, & præferri aliis eius sanguinis. Quæ huiusmodi sunt linea, gradus, sexus, ætas. De prima agit textus in c. 1. de natura success. feud. de secunda, textus in l. cùm ita. §. in fideicom. ff de legat. 2. de tertia & quatta textus in l. vlt. ff. de fideinstt. & de omnibus Mol. post alios quos allegat lib. 3. c. 4. n. 13. c. 6. n. 50. vbi ostendit dictas qualitates se præcedere, vt hîc positæ sunt, ita vt dum fuerit persona illius generationis, de qua agitur, quæ sit in meliore linea, hæc præferatur omnibus aliis consanguineis vltimi possessoris, quanquam sint in meliori gradu alterius lineæ, iuxta textum in c. 1. de nat. success. feud. ibi *ad solos & ad omnes qui ex illa linea sunt, ex quâ iste fuit.* Quæ est communis opinio, teste Mol. n. 13. post alios quos citat: at inter personas eiusdem lineæ præcedit, quæ est in melioti gradu cum vltimo possessore, siue sit vir, siue femina. tex. in §. in fideicom. ibi. *Et qui ex his proximo gradu procreati sint.* Et intet eos qui sunt eiusdem lineæ & gradus vir præcedit fœminam, etsi fœmina sit maior natu. l. vlt. ff. de fid. instt. Ord. lib. 4. tit. 62. §. 3. l. 12. tit. 1. extrauag. & inter eos qui sunt eiusdem lineæ, gradus & sexus, præcedit ille qui senior est d l. vlt. Ord. § 3. vers. eandem ibi. *O maior dos filhos ou à maior das filhas.* LI.

Supponendum item est, vnumquemque filiorum vltimi possessoris bonorum vinculatorum, maioratus, aut Regni, vbi primùm nascitur formare lineam descendentem à patre, & collateralem fratrum, vt post Nelum quem citat, resoluit Palaez 2. p. q. 7. n 13. vt tot sint lineæ, quot sunt filij vltimi possessoris; & singuli eorum, vbi nascuntur formant suam, excludendo dum ea durauerit alias, quibus dant principium fratres quos præcedunt: vt resoluit Bald. in l. cùm in antiquioribus. n. 11. vers. 9. Mol. lib. 3. c. 6. n. 31. Tiraq. de iut. primog. q. 40. n. 73. LII.

LIII. Vt autem appareat quænam illarum linearum melior sit, considerandaest prærogatiua, quam habebat vnusquisque filiorum, vt præferatur in successione, de qua agitur, fratribus suis. Itaque qui in ea tenuerit primum locum, aut quia vir est respectu fœminarum, aut quia maior est respectu virorum, aut si viri non sint filia senior, meliorem format lineam respectu cæterorum: & qui habuerit secundum locum in dicta successione format aliam meliorem respectu cæterarum: & idem de aliis dicendum. Vnde dum extat persona aliqua lineæ eius, qui habebat primum locum in successione vltimi possessoris sui ascendentis aut collateralis, illa debet succedere & præferri omnibus aliis aliarum linearum: & finitâ primâ lineâ intrant illi, qui sunt secundæ, & in ea præcedit qui est in gradu meliore, & idem ordo seruatur in reliquis. Hoc constat ex traditis à Paul. Castr. Cons. 164. n. 4. & 5. Præpositus. Dec. Couar. & Menchac. quos refert & sequitur Mol. c. 6. n. 31. Guillel. de Monserrat. in tractatu de successione Regni Franc. rubr. 1. n. 7. vol. 13. tract.

LIV. Idem in successione horum Regnorum probatur testamento Regis Ioannis I. iam citato vers. *item fazemos*, in quo statuit vt hæc Regna venirent ad Infantem Eduardum filium suum primogenitum, & ad eos qui ab illo descenderent rectâ lineâ: & hac finitâ venirent ad Infantem Petrum secundogenitum, & ad eius descendentes eodem modo, & hâc lineâ deficiente venirent ad Infantem Henricum filium tertium; & hac extinctâ lineâ, ad reliquos eo seruato ordine successio pertineret, declarante Rege ita fieri debere ex lege & consuetudine horum Regnorum, quo ostendit illum ordinem & præcedentiam linearum non solùm habere locum in successione ascendentium, sed etiam in successione collateralium.

LV. Iuxta hæc vnusquisque filiorum Regis Emmanuelis, cùm natus est formauit suam lineam, cum iure & prærogatiua præcedendi aliis secundum locum, quem habebat ad succedendum Regi patri, & excludendum reliquos fratres. Atque adeò Rex Ioannes III. eius filius, quia primogenitus formauit meliorem lineam, quæ vsque ad Regem Sebastianum nepotem ducta est, hodiéque duraret, si ille descendentes haberet: eâ extinctâ necessarium fuit recurrere ad lineas collaterales, quæ incœperunt omnes in filiis Regis Emanuelis, & quia Rex Henricus meliorem locum habebat in successione eiusdem Regis Emmanuelis, quàm Imperatrix Isabella & Infans Beatrix sorores, quia

vir

vir erat, & quàm Eduardus Infans quia natu maior erat, meliorem formauit lineam tum descendentem respectu patris, tum collateralem respectu fratrum & nepotum; & ideò successit Regi Sebastiano.

Quòd si Rex noster Henricus filios habeat, ad eos & descendentes veniet successio Regni: si autem non habeat, recurrendum est ad meliorem lineam consanguineorum, quæ incipiet in fratribus filiis Emmanuelis, & constat Eduardum Infantem, quia masculus, meliorem habere locum, quàm Imperatricem & Infantem sorores, tum in successione Regis Emmanuelis patris, tum Regis Henrici fratris: atque adeò formauit pro suis descendentibus meliorem lineam, quàm illæ pro suis; & consequenter quælibet persona illius lineæ, quanquam fœmina sit, debet præcedere in successione Regis Henrici omnes aliarum linearum Imperatricis vel Infantis Beatricis, etsi viri sint, & in propinquiori gradu sint. Itaque cùm sint personæ lineæ dicti Infantis Eduardi, illa præcedet quæ in ea habuerit meliorem gradum, quanquam sit fœmina, & quanquam sit vir in gradu remotiori, iuxta superiùs dicta n. 51. LVI.

Quapropter cùm Domina Catharina sit filia Infantis Eduardi, & in eius lineâ Raynutium gradu præcedat, sine dubio succedet Regi Henrico, & quia est in meliore linea, quàm Rex Philippus & Emmanuel Philisbert Dux Sabaudiæ, illos excludet, quin ei præiudicet qualitas fœminæ, quæ non consideratur in meliore linea, & in meliore gradu eiusdem lineæ: & ita procedit resolutio Doctorum suprà n. 40. qui affirmant fœminam filiam viri præferendam esse viro filio fœminæ, & meritò, quia talis vir descendit ex linea fœminina, & in ea est, & contrà fœmina descendit per masculinam, in qua est, vt resoluit Glo. vlt. in fine in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liberis, & post. communiter recepta à Doctoribus ibi, iuxta, Couar. in c. Rainaldus in prin. n. vlt. & fin. de testam. & alios quos citat Mol. lib. 1. c. 6. n. 37. Peralta. l. cùm ita. §. in fideicom. à n. 17. Burg. conf. 29. n. 23. & n. 26. Palaez 2. p. qu. 6. n. 5. in fin. cum seq. quæ opinio probatur per textum in l. lege. vers. Huiusmodi. C. de legit. hæred. & in §. Cæterùm. inst. de leg. agn. success. ibi, *per virilem sexum descendentes, siue masculini, siue fæminini generis sint.* LVII.

Nec obstat dicere; vt præferatur linea & persona illius aliis, aut lineis aut personis necessarium esse, vt ille qui talem lineam inchoauit, possederit illa bona, de quibus agitur, iuxta textum in c. 1. de success. feud. & in c. 1. de success. fratr. & graduum suc- LVIII.

ceſſ. ex quibus id deducit cum aliis Mol. l. 3. c. 6. n. 34. & ſaltem requiri, vt aliquando primogenitus fuerit, & ius primogenituræ habuerit, quia tunc dici poſſet non tranſeundum eſſe ad aliam lineam, dum aliquis illius deſcendens extaret, iuxta textum in c. 1. de nat. ſucceſſ. feud. & quæ ibi notant Doctores ex Afflictis. n. 27. & multis quos refert Mol. lib. 3. c. 4. n. 14. Couar. pract. c. 38. n. 6. verſ. etenim. Vnde ſequitur Infantem Eduardum, quòd nunquam poſſederit Regnum, nec ius primogenituræ habuerit, nullum ius deſcendentibus tribuere potuiſſe.

LIX. Enimuerò reſpondetur, regulam c. 1. de ſucceſſ. feud. cum ſimilibus, locum non habere quando vna linea eſt prorſus extincta, & alia de nouo eligenda eſt, quia tunc recurrendum eſt ad meliorem lineam, vt ſuprà diximus n. 53. etſi ille qui eam inchoauit, nunquam poſſederit, vt factum eſt in ſucceſſione Regis Sebaſtiani, cui eo ſublato ſucceſſit Rex Henricus, quia principium erat melioris lineæ, quàm cæteræ, vt diximus n. 55. etſi Henricus anteà non poſſediſſet. Et ita ſanè reſpondet Mol. vbi ſuprà n. 35. dum ait requiri, vt ſucceſſio occupetur, quando agitur de linea vltimi poſſeſſoris, non verò quando agitur de noua linea primogeniti, ad quam cùm neceſſario recurrendum ſit, eligenda erat linea Infantis Eduardi.

LX. Nec opus eſt habere actu ius primogenituræ; ſatis eſt enim habuiſſe in habitu & potentia, & quòd ſi viueret prorſus ſuccederet, quia hoc tantùm requiritur ad habendum ius primogenituræ, ex ſupradictis n. 31. & ad conſtituendam meliorem lineam, vt probauimus n. 53.

LXI. Hæc omnia patent in terminis huius cauſæ, quæ procedit inter nepotes filios fratrum Regis Henrici, quia in hoc caſu locus eſt beneficio repræſentationis, vt latè dictum q. 4. quo beneficio fit vt liberi repræſentent patrem, non ſolùm cum prærogatiuis quas habuit dum vixit, ſed cum iis quas habiturus eſſet, ſi viueret tempore ſucceſſionis, vt probat textus in d. auth. de hæred. ab inteſt. in prin. ibi, *ſi viueret habuiſſet.* & ibi, *præponeretur ſi viueret.* vt probatum eſt ſuprà q. 5. Vnde deducitur, quòd cùm Infans Eduardus ſucceſſurus erat, ſi viueret, Regi Henrico patruo, in eius locum ſuccedere debebat eius filia Catharina, quæ Eduardum ipſum patrem repræſentabat, excluſis omnibus, quos ipſe erat excluſurus, ſi viueret.

PARS QVARTA.

Dominam Catharinam quòd naturalis Regni sit, & Philippus extraneus, ei prorsus esse præferendam.

HOc fundamento perspicuè apparet ius Catharinæ, quia constat potestatem Regiam institutam & ordinatã fuisse ad bonum commune, & conseruationem Regnorum, vt suprà dictum q. 1. n. 1. & resoluit Matth. de Afflict. in c. 1. §. vlt n. 6. de alien. feud. pos. Luc. de Pen. in l. nepotes. C. de his qui num. liber. lib. 10. & in l. vlt. c. de Tiron. lib. 12. & ita colligitur ex doctina Aristot. lib. 1. Polit. c. 1. & 2. Sot. lib. 4. de Iust. q. 4 art. 5. Victor de potestate ciuili n. 5. Couar. pract. c. 1. n. 2. Certum est autem, si Rex Catholicus occuparet hoc Regnum, non fore ex vtilitate eiusdem Regni, quia nullum maius malum accidere potest Regno, quàm ab extraneo regi & gubernari, vt probatur ex multis locis Scripturæ. Ecclesiast. 11. *Admitte ad te alienigenam & subuertet te in turbine, & abalienabit te à viis propriis.* Hietem. Thren. c. 5. *Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos.* Isai. cap. 1. *Regionem vestram coram vobis alieni deuorant.* Eccles. 10. *Regnum à gente in gentem transferetur.* Et ita notat D. Thom. 12. q. 105. art. 1. ad 2. Anchar. dict. Cons. 339. n. 9. LXII.

Vnde etiam in officiis, beneficiis, & administrationibus priuatis Reip. ius vetuit, ne extraneis conferrentur, sed ea si fieri posset, naturalibus tribuerentur. l. in Ecclesiis. C. de Episc. & Cler. l. vnica. C. non lic. habebit. metroc. lib. 11. c. nullus præl. ibi. *Non poteramus saluâ conscientiâ eidem Ecclesiæ in alia persona, nisi quæ de Regno Vngariæ originem duceret congruè prouidere, nec vellemus ei præficere alienum.* Cum aliis similibus per quos Glo. in cap. cùm inter verb. aliam. de elect. & multos Doctores, quos refert Carolus de Grasalio lib. 1. Regal. Franc. iure 8. Rebuff. in praxi. tit. de rescript. mixtis à n. 7. & in reg. 20. Cancellar. Gl. 1. in princ. Mandos reg. 17. q. 39. Couar. pract. c. 35. num. 5. Gregor. Lop. in l. 1. titul. n. verb. de iure suitatis, & in l. 1. tit. 18. part. 2. verb. de feud. Duen. regul. 202. Burg. in l. 3. Taur. 1. p. num. 374. qui citant multas leges & pragmaticas Castellæ, & in hoc Regno idem prouisum est Ord. lib. 1. tit. 1. in prin. ibi. *Nosso natural, que como bom, & leal nos desfie seruir & ame perfeitamente,* &c. & tit. 29. vbi repetuntur eadem verba, & l. 1. tit. 12. p. 4. extrauag. quæ omnia decreta sunt magno consilio, LXIII.

quòd multa damna & detrimenta Reip. sequebantur, si aduenæ Remp. gererent, iuxta textum in c. fundamenta. §. dignè de elect. in 6. ibi. *Quæ incolis nota dispendia intulerunt hactenùs peregrina regimina?* c. peregrina. c. leges. c. vnaquæque. 3. q. 6.

LXIV. Itaque cùm ius ipsum tam præiudiciale existimauerit Reip. esse, conferri Magistratus exteris, etiam cùm non sunt absoluti domini, sed subditi legibus, & superioribus, & Principi supremo, qui eos reprimere & punire possit, si malè agant. l. 1. §. huius studij. ff. de Iust. Constat multò magis præiudiciale fore tradi Regnum Regi extraneo, qui potestatem habet absolutam & liberam à legibus humanis, quoad vim coactiuam illarum. l. princeps. ff. de leg. & qui non agnoscit superiorem. Quod sanè vitandum est omnibus modis licitis. argu. l. 1. vers. nam. vel magis. ff. de Carbon. edicto. c. vbi de elect. in 6.

LXV. Huc facit illud Deuteron. cap. 17. *Constitues Regem, quem Dominus Deus elegerit de medio fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus.* Et in Conc. Tolerano 6. vetitum est, ne Rex externus eligeretur in Hispania his verbis. *Nullus*, &c. *vel extraneæ gentis homo promoueatur ad apicem Regni.* vt refert Mol lib. 1. c. 2. n. 11. citata l. 1. & l. 2. proœmij libri, foro iusgo, quæ Gottorum tempore idem prohibuit.

LXVI. Constat prætereà tempore Regis Pelaij decretum esse lege priuatâ, de qua suprà. q 1. n. 18. & suprà, q. 2. n. 30. vt fœminæ successuræ in Regna Hispaniæ nuberent alicui naturali Regni, vt ita conseruaretur proles & successio Regum naturalium, nec Regnum ad exteros veniret, vt constat ex verbis dictæ legis, *Et illa Magnatorum Gothorum prouidentia de nobilioribus Gothis accipiat virum, de quo regalis posteritas conseruetur.*

LXVII. Eadem ratione, quando Status Portugalliæ postularunt ab Innocentio Papa IV. in Conc. Lugdunensi, vt rectorem sibi & administratorem daret loco Sancij II. qui ineptus fuerat iudicatus, Pontifex suscepto consilio respondit, eligerent quem vellent, & intelligerent aptum fore ad regendum, qui naturalis esset Regni Portugalliæ, vt refertur in Chronico Regis Sancij c. 4. vnde patet eum iudicasse, non esse è re communi ab extraneo regnum administrari.

LXVIII. Prætereà patet, si Rex Catholicus succederet in hæc Regna, ea conseruanda non esse per se, sed cum Castellanis vnienda; quę vnio damnum afferret bono communi, & no-

mini & gloriæ Lusitanorum, præsertim cùm hæc regna minora sint Regnis Castellæ. Vnde sequitur, neque Reges populis, neque populos Regibus gratiosos fore, deinde Lusitanos subditos aliis nationibus & nouis Principibus esse mansuros, & obnoxios nouis legibus, amisso proprio more & consuetudine regnandi, vt in simili resoluunt Bart. in l. si conuenerit. §. 1. ff. de pignoratitia. Alex. in l. si ex toto. nota 3. ff. de legat. 1. & alij, quos citat & sequitur Did. Burg. lib quæst. ciuil. q. 6. n. 19. vbi post Curtium quam refert, ait hanc esse communem opinionem: & ita videmus accidisse in Regno Algarbiorum, quod posteà quàm vnitum est Regno Lusitaniæ, eiusdem leges & statuta sequitur, & ita contigit aliis Regnis Castellæ vnitis.

Præcipuè verò legimus populos Lusitaniæ iudicasse perniciosissimum fore vniri hoc Regnum Castellæ, vt apparuit quando Rex Fernandus filiam suam Infantem Beatricem Ioanni Regi Castellæ locauit, cogendo populos vt eos hæredes Regni iurarent, vt patet ex Chronico eiusdem Regis Fernandi. c. 159. Deinde quando idem Ioannes Castellæ cum Regina Beatrice voluit in Regnum succedere, vt habetur in eodem Chron. c. 153. & seq. & hoc ipsum iudicabat idem Rex Fernandus in contractibus dicti connubij, in quibus, quoad eius fieri potuit, procurauit vt ista Regna manerent separata à Regibus Castellæ sub proprio & naturali Rege, vt scribitur in eodem Chron. c. 146. quod patet, quia cùm priùs ageret de locanda filia Beatrice Infanti Henrico filio primogenito eiusdem Regis Ioannis Castellæ, iuxta Chron. c. 111. de nouo tractauit de illa collocanda in matrimonium Infanti Fernando filio Regis secundogenito, vt Rex proprius Portugalliæ esset, ne ista Regna Castellæ vnirentur, quod posset accidere, si matrimonium cum Infante Henrico haberet effectum. ex Chro. c. 142. LXIX.

Quapropter cùm Rex Catholicus Philippus non sit Princeps naturalis horum Regnorum, sed externus, & Dominus maioris imperij, certum est perniciosam fore Regnis eius successionem; & contrà vtile fore & salutare Regno, si Domina Catharina, quæ naturalis est, & nupta Duci Brigantiæ tanto Principi, & tam propinquo Regiæ domui, & de Regio sanguine in Regnum succedat, maximè cùm Portugallia in Philippo vniri Castellæ debeat, & in Catharina à Castella separari. Vnde in dubio iuris, si quod esset, illa hoc nomine Philippo esset præferenda. LXX.

LXXI. Quòd si Rex Henricus suâ sententiâ, vt sperandum est, Dominam Catharinam hæredem legitimam Regni declaret, vt illa iure suo, adhibitis iuris terminis, ab ipso Rege implorat, implebitur promissio facta à Deo primo Regi Lusitaniæ Alfonso Henriquez, vt refertur in Chron. eiusdem Regis c. 15. & notauit Nauarr. in Rep. c. nouit. not. 3. n. 151. de Iudic. quod ipsum confirmauit posteà socius quidem S. Francisci, vir sanctus, cùm in Portugalliam venisset, vt habetur in eodem Chron. dicto c. 15. Atque idipsum etiam prædixit sanctus Franciscus, vt scribitur in Chron. Minorum p. 1. c. 45. quod quidem ab illius Alfonsi temporibus ad Henrici Regis nostri tempora factum vidimus, diuinâ prouidentiâ res ita disponente, vt semper Regnum Portugalliæ se ipso constans à Regnis Castellæ auulsum & separatum maneret, vt ex historiis & reipsâ constat.

ALPHONSVS DE LVCENA: FELIX TEIXEIRA
Patroni Dominæ Catharinæ.



Digitized by Google

OBSERVATIO CIRCA PROXIME' SCRIPTA.



VONIAM in his allegationibus Iuris sæpè citantur leges Castellæ, Historiæ, Chronica, & instrumenta deprompta ex Archiuo, quod Turris do Tombo appellatur, operæ pretium erit animaduertere, eiusmodi leges non habere authoritatem ad obligandum, quia non habent vim in Regnis, quæ Castellæ subdita non sunt, iuxta regul. l. vlt. ff. de iurisd. om. iud. c. 1. iunct. Gl. ver. ab omnibus. de const. & tradita per Bartol. & Doctores communiter in l. cunctos populos. C. de summa Trinit & alios quos citat Burg. in l. 1. Tau. n. 451. Afflict. in prælud. const. q. 20. à n. 4. & patet in his Regnis ex Ordin. lib. 2. tit. 5. vbi exponitur modus iudicandi de rebus horum Regnorum, & tantùm citantur ibi, tanquam opiniones Doctorum, eò quòd sint fermè conformes iuri communi, & nixæ idoneâ ratione, vt habetur in Proœmio. l. part. vers. Etomamos. *l. 1. Taur. vers.* Porque.

Quod attinet ad Historias & Chronica, certum est in iure iis esse habendam fidem, illásque integram probationem facere, in quacumque causa difficili, vt probat tex. vbi idnotanit Bald. in l. 1. ff. de offic. quæst. & ita resoluit Gl in c. inter dilectos. verb. magis. de fid. instr. & in c. venerabilem. ver. transtulit. 1. de elect. Bart. n. 22. Ias. n. 25. & Doctores commun. in l. 1. ff. si certum petatur. Soar. alleg. 8. n. 21. Roland. cons. 2. n. 6. lib. 1. Aluar Vaz. lib. 1. Iur. Emphyt. q. 6. n. 26. Anton. Gam. decis. 335. n. 7. præcipuè verò Historiis Lusitanis seruatis in ea Turri do Tombo. Quia omnia instrumenta & scripta quæ ibi continentur. summam fidem merentur, quia illud Archiuum est publicum. iuxta tex. in auth. ad hac. vbi Glos. pen. & Bart. C de fid. instr. c. cùm causam. vbi Gl. ver. per libros. de probat. c ad audientiam. de præscript. & ita resoluunt Salicet. in l. comparationes. vers 5. C. de fid. instr. Aluar Vaz. n. 26. & seqq. & post alios Roland. cons. 75. à princ. lib 4. & latè Anton. Gabr. lib. 2. com. tit. de probat. concl. 5. à princ.

Fuit autem prædictum Archiuum Turris do Tombo institutum à Regibus ad custodiam librorum & manuscriptorum, quæ ibi seruantur, adhibitis ad id custodibus summæ fidei. Quæ sanè summa habetur in his Regnis iis scriptis, quæ ex autographis ibi asseruatis transferuntur. Imò constat Reges externos solitos esse ad eandem Turrim mittere testamenta & instrumenta sua, quibus fidem haberi volebant, vt patet ex diplomate Regis Emmanuelis ibi seruato in princ. lib. 2. Iurium Regalium. Instrumenta autem quæ hic citantur ea continentur in codice quodam separato & solitario, adiuncto tamen processui huius causæ.



VPPOSITO quòd Augustissimo, & Potentissimo Henrico Regi, ac domino nostro non supersint descendentes, qui eidem succedere possint post plurimos, eosdémque felicissimos illius annos, quos summus, ac præpotens Deus (vt speramus) largietur, contendunt de successione horum Regnorum Philippus Rex Catholicus filius Augustæ Elisabethæ, Emmanuel Philisbert Dux Sabaudiæ filius Infantis Beatricis sororum Regis, ac domini nostri, Domina Catharina filia Infantis Odoardi fratris ipsius, & Dominus Raynuncius filius Dominæ Mariæ Principis Parmæ (quacum Diuis est) & nepos eiusdem Infantis, qui omnes de successione contendentes sunt in eodem consanguinitatis gradu cum potentissimo Rege Henrico, eo quod omnes sunt sororum, fratrísque filij, & filia, & nepotes inuictissimi Regis Emmanuelis, excepto domino Raynuncio, qui est pronepos, & ita in gradu remotiori. Quæritur, qui ex prædictis foueat meliorem causam, vt attentis iure communi, legibus, stylo, & consuetudine horum Regnorum reliquis præferri debeat?

QVA potui diligentiâ perscrutatus sum dubia omnia, quæ circa propositam quæstionem occurrere possunt, & tandem conclusi meliorem esse causam dominæ Catharinæ, quæ reliquis omnibus de successione contendentibus præferri debet, & ita scripsi in fauorem dictæ Dominæ Catharinæ, postquam inuictissimus Rex noster Henricus causam incboari iussit volens, vt cuicumque ex his, qui de successione contendunt, quæsiti possemus de iure respondere: in cuius rei fidem hæc scripsi, & subscripsi. Iaimes de Morais.

POST facultatem à Rege inuictissimo Henrico concessam, huic rei incubui pro virili, ac tandem perpensis omnibus omnium contendentium fundamentis, saniorem, iustiorem, & magis æquam esse arbitratus sum causam Dominæ Catharinæ, eámque omnibus aliis prætensoribus præferendam in successione huiusce Regni Portugalliæ. Ita consulendo respondi, & postea libello composito & latiùs, & exactiùs comprobaui: idque & verum, & iustum esse rursus subscriptione nominis mei confirmo. Doctor Antonius Valascus Cabaço.

Digitized by Google

ID ipsum post diligentem operam examinatis aliquibus quæstionibus ad rem pertinentibus (ex facultate inuictissimi Regis nostri Henrici) conclusi in allegatione iuris, quam in fauorem D. Catharinæ scripsi, vbi perplura fundamenta tam iure communi quàm Regio, & receptis Doctorum traditionibus, probaui eandem D. Catharinam reliquis omnibus, qui de successione agũt, esse præferendã, & nũc in eadẽ sum sentẽtia. Doct. Ludou. Correa.

OMNIBVS, quæ hac in re occurrebant, de licentia inuictissimi Regis nostri exactè discussis, partes excellentissimæ Catharinæ velut iuris principiis, legibus Regni, atque adeò receptioribus Doctorum sententiis, magis consonas probandas putaui, in eademque modò sum sententia. Doct. Manoel Soares.

ID ipsum visum fuit, & nunc videtur.

O Doct. Rui. Lopez da Veiga.

EGO quoque de Regni successione consultus inter eos omnes, qui ad iudicium potentissimi ac sanctissimi Regis vocati sunt, de successione prædicta contendentes potiorem esse D. Catharinæ causam existimaui: idque non solùm humanarum legum, Doctorúmque authoritate probaui, sed multis à natura ipsa depromptis rationibus (ni fallor) apertissimè demonstraui: adhúcque in eadem constans persenere sententia. Christoph. Ioannis Doct.

OMNIBVS, quæ hac in re occurrebant, de licentia inuictissimi Regis exactè discussis, partes excellentissimæ Catharinæ velut iuris principiis, legibus Regni, atque adeò Doctorum receptioribus sententiis, magis consonas probandas putaui, in eadémque modò sum sententia. Doctor Luis de Basto de Brito.

EGO etiam consultus super successione huius Regni, potiorem existimaui causam serenissimæ Catharinæ, eámque esse præferendam reliquis tribus prætendentibus, inter quos quæstio vertebatur, & in eadem adhuc sum sententia, nec hucusque aliquid vidi, aut legi, quod à semel suscepta opinione deterreret. O Doctor Aluaro Dandrade.

IDEM censeo: idque mihi multis etiam fundamentis est compertum, quæ etsi non scripserim hactenùs, deliberata tamen sapiùs non multò pòst, iuxta factam ab Henrico Rege nostro facultatem, quâ potero diligentiâ conscribam. Conimbricæ prid. Idus Ianuar. Anno Domini 1580. Doct. Franciscus Rebellus.

LICET hactenùs non fuerim consultus, tamen post concessam ab inuictissimo Rege nostro facultatem, ex multis fundamentis, quæ si per tempus liceret, recenserem, huius rei veritatem perquirens, potiorem esse existimaui, & existimo causam Dominæ Catharinæ, & quamplurimis argumentis, si oportuerit, conuincam eam aliis Prætensoribus præferendam fore. O Doctor Gonçalo Gil.

QVA potui diligentiâ propositam quæstionem examinaui, & tandem post facultatem inuictissimi Regis nostri Henrici, conclusi iuxta principia iuris, & receptas Doctorum traditiones, potiores esse partes Dominæ Catharinæ. Petrus ab Alpoim Doctor.

EGO Didacus Coutinho publicus authoritate Apostolicâ Notarius Apostolicus, & vnus ex approbatis ab Ordinario huius Colimbricen. diœc. iuxta formam sacri Concilij Tridentini, & in archiuo descriptus, notum facio responsa suprascripta, & subscriptiones esse Doctorum Iames de Morais huius Colimbricen. Vniuersitatis Primarij, & iuris Pontificij emeriti, Doctoris Antonij Valasci Cabaço vespertinam Cæsarij Cathedram, Doctoris Ludouici Correa Decretorum, Doctoris Emmanuelis Soarez iuris Pontificij vespertinam, Doctoris Roderici Lopez à Veiga Digesti veteris, Doctoris Christophori Ioannis Sexti libri, Doctoris Ludouici Basto de Brito Digesti noui, Doctoris Aluari Dandrade iuris Pontificij, Doctoris Francisci Rabello eiusdem iuris, Doctoris Gondisalli Egidij trium librorum Codicis, & Doctoris Petri ab Alpoim Codicis Cathedram regentium, eósque omnes Doctores, eorúmque literas, & subscriptiones suprascriptas agnosco: in cuius rei fidem, & testimonium hæc scripsi, & subscripsi rogatus, & requisitus die 24. Ianuarij. Anno Domini 1580.

EX tractatibus, quos in hac causa scripserunt Doctores proximè nominati & Doctor Felix Teixeira & Licentiatus Alphonsus de Lucena Senatores Ducis Brigantini, (qui duo sunt huiusce causæ pro Domina Catharina patroni) & multi alij Iurisprudentes, hic Liber compositus est à Doctoribus Ludouico Correa Cathedratico Decreti, & Antonio Vaz Cabaço Vesperario Academiæ Conimbricensis, & à duobus supradictis Felice Teixeira, & Alphonso de Lucena.

Impressum linguâ Lusitanicâ Almerini ab Antonio Ribeiro, & Francisco Correa, cum facultate supremi Conc. S. Inquisit. & Ordinarij, 27. Febr. anni 1580.

FINIS.

Digitized by Google



APPENDIX LIBRI DE ACTV ET IVRE POSSIDENDI SERENISSIMI REGIS IOANNIS IV.

COROLLARIVM I.

Status regni Lusitani sub Castellæ regibus, cum Ioannes creatus Rex est, proponitur.



NNO sexagesimo quàm fuerat Lusitania, tum pecunia corruptis, tum astu circumuenientis, tum vi deterritis animis nobilium à Philippo eius nomiois secuodo contra ius fasque occupata, cum in eum statum Respublica deuenisset, vt prope exitium esset, quibus communis boni cura erat de remedio adhibendo cogitarunt.

Id vt constaret, fons & origo mali tanti diligenter quæsita. Apparuit non aliam esse causam quàm Castellæ regibus subesse, qui ex quo regnum vsurpauerant, pessum Rempublicam dederant, paulatim crescentibus malis, donec is tandem cumulus accessit, cui nihil addi posset, nisi quod regnum in præceps daret. Religio, cuius præcipua est apud Lusitanum cura, à ministris, penes quos rerum summa erat, violari, bonis Ecclesiæ adiici manus, detrahi sacris, sacrilegiis indulgeri, Regiæ potestatis limites extendi, Pontificiæ circunscribi. Donec eò ventum, vt in Collectorem Apostolicum impetus fieret, isque coactus fuerit quò manus quærentium euaderet, fenestra se eijcere, & ex casu crure luxato, in Diui se Francisci cænobium recipere: vnde vi extractus, & in custodiam datus, & paulò post Castellam, vbi male accipiendus erat, missus. Fides in qua tuenda & propaganda multum operæ Lusitani posuerant, magnam iacturam fecerat, nam & accisis opibus, & amotis aliò nostrorum armis, quibus illa defensa & propagata, inclinauit, & loco cessit, ingrueote, quà cedebat, hæretica, Iudaica & Mahometica perfidia, quæ arces & præsidia

Digitized by Google

fidei apud Indos, Brasilios, Afros occupabat. Ecclesiæ dignitates indigno cuique patebant, cum non meritis locus, sed gratiæ; non doctrinæ, sed pecuniæ esset: in ijs conferendis ministri Regij non tã Cbristianæ Reipublicæ bono cousulebant, quàm vtilitati priuatæ, vnde magna simoniæ occultæ fuspicio erat. Bellicæ virtutis; qua Lusitani præstiterunt multis, cesserunt nemini, vix vlla vestigia erant: non: quòd aut ijs animus, aut constantia deesset, sed quòd partim cõtracta ex seruitute mæstitia obtundebat aciem animi: partim quòd fortissimus quisque ad castra aliena Castellę trabebatur: partim quòd non suo ductu ac impetu vtebatur: partim quòd diuisi contrà plurimos bostes pugnare cogebantur: quos eis inuidia Castellani nominis inimicos fecerat; si qui vero strenui, & manu prompti pro Lusitano nomine militabant, quorũ non paucos & miratut India, & stupet Brasilia, ijs neque, dũ faciebant stipẽdia, victus; neque, stipendijs confectis, præmiũ, dabatur. Quę tamen proponebãtur amplissima sordidissimis quisque, qui aut adulatores, aut parasiti, aut, quod pessimum genus est hominũ, numileges erant: qui gratiã aucupabantur, & diuitias corradebãt. Quare elisis militiæ, cuiusmodi opes sunt, neruis, militaris virtus ceciderat: neque vetus illa tantũ Rei militaris gloria, sed etiam fama perierat. Nemo Lusitanum, quem timere solebant omnes, Castellanum non putabat, vt odisset; nemo non tanquã Mancipinm Castellanũ vocabat, vt sperneret: cum seruire iniustam seruitutem videret. Vires accisæ prorsus, & fractæ, tum terrestres, tũ maritimæ: quibus æquè valuit Lusitania. Classes nullæ, nullæ triremes: quæ aut orã legerent, aur portus tutos à pyratis redderent, aut præsidio onerariis essent, aut naues deducerẽt; vnde & ora maritima intuta, & portus expositi latrociniis, & nauigatio intercepta, & commercia interclusa. Prædæ. Lusitaniæ opes, prædonum eraut. Indicarum nauium numerus imminutus, fabricatio leuta, commeatus non idonei, merces malignæ, nauigatio infœlix. Olim viginti naues singulis annis ire ac redire ex India solitæ, tunc ad summum duæ, tresue. Vix è tot nauium quondam numero vna peribat; nunc vix vna recipiebatur. Neque naufragio peribant: sed in ipsis Regui portubus ab hoste capi, ac ex ipsis pœnè faucibus extrahi. Anni sunt, ex quo seruire cæpimus Castellanis, sexaginta; naues hoc tempore onerarias amisimus Indicas ampliùs ducentas, alias numerare non possim. Maurorum in nostra littora inundatio fuit, ea eluuie oppressi portus maritimi gemuerunt. Nostrum vbique gentium maris Imperium fuit, dum liberi fuimus; desiimus esse, amisimus. Naualium ingens apparatus erat; bodie ne materies quidem: ac si qua est alieno tempore collecta facile putrescit, & in ipsa nauigatione corrumpitur; vt vix sit nauis quæ tres nauigationes ferat, cùm ante duodecim, quindecim, ac plures ferret. Tormenta pauca & rudia, non quòd non idonea fabricarentur, sed quod quæ melioris erant notæ, à Castellanis arripi & à nostris in suas naues traduci solebant: à qnibus item rostrat.e quæcumque insigni magnitudine in statione eraut, capiebantur, vt in Classe Castellana numerarentur: Itaque non minus damni à domesticis huiusmodi prædonibns, quam à pyratis accepimus. Tormentorum præfecti, quos antea peritissimos ex omnibus ferme Europæ nationibus habebamus, ij rudes admodum & imperiti vix displodere & dirigere in hostem ferreos globos sciunt; ac ebres in Indiis deuenit; vt ipsis indigenis, ac Æthiopibus bombardariis vsi simus, quo nihil fædius esse potuit.

Iam verò patrimonium & substantia Regis non dissipata modò, sed exhausta. Cùm Regnum stabat & commercia vigebant ad sex milliones auri Regij redditus annui perueniebant: Quæ summa rectè administrata, id effecit, vt nũquam Lusitani Reges aliorum Regum opibus, sed alij eorum diuitijs indigerent. Nulli, si Galliarũ excipias, plura & magnificentiora munera Ecclesiæ obtulerũt. E tot tamque amplis reditibus ne vnus quidem millio auri colligitur: imò hic ipse qui reliquus est fœneratoribus obnoxius, & malè à præfectis ærarij administratus, vix ad octingenta millia aureorum accedit. Constat ab anno millesimo quingentesimo octogesimo septimo, vsque ad annum millesimum sexcentesimum vigesimum sextum, amisisse Lusitaniam centum milliones auri: reliquorum annorũ summam si deducas, paulo minor iactura erit, cum multò sit nobis in fœlicius imperatum. Hinc tributorum, & onerum in populum vis influxit, qua obrutus, vix poterat caput attollere. Neque graue erat tot imponi onera, sed tàm acerbè exigi, tam infideliter administrari, nam summa erat Ministrorum crudelitas in exigendo, nulla fidelitas in reddendo; cum maxima pars collectæ pecuniæ ab ipsis ministris interciperetur, atque adeo necesse esset imperari noua, vt lacunæ factæ implerentur. Dolori populo erat, quòd cum Reges ac Regij ministri priuatis opibus abundarent, nec iis sumptus ad luxum domesticum deessent, pecunias à miseris exigerent, & specie necessitatis iniustam exactionem velarent; quæ tamen necessitas non erat, sed auaritia, cùm nollent superfluis abstinere, quæ si erogarent, pecuniarum satis ad publicos sumptus foret. Iniquum præterea videbatur, vt quas pecunias Lusitani offerebant, in aliena Regna deportarentur, nec illæ in propriam erogantium vtilitatem, sed externorum commoda verterentur. Itaque opes Lusitanæ in Belgium, in Italiam, in Indias, in Cataloniam, in Germaniam missæ, nihil vtilitatis mittentibus afferebant. Frigebat corpus illud Regni, detracto ex venis sanguine quin vllam eius partem acciperet. Turpis egestas cruciare ciues, miseriæ in Rempublicam incumbere, nihil spei in Rege ac Ministris Regis esse, cum præsertim nauigatio interclusa, & sublata commercia essent, vnde opes in Lusitaniam importatæ. Anteà domum Regiam plenam Regiis liberis, Aulicis tum viris, tum fœminis affluentem liberalissimè Reges alebant: adeò vt Cardinalis Alexandrinus spendorem eius cum Olysiponẽ veniret, admiratus, dixerit, non esse Castellanas opes, quas paulo antè viderat, cum Lusitanicis cõferendas. Cui rei argumento sit, quòd Rex Sebastianus in equi vnius phaleras integrum auri millionem impenderit; quæ opulentia eò egestatis deuenit, vt cum parentandum esset Regi Philippo III. & tumulus ei ad hoc ipsum in templo, quod Bethleem dicitur, erectus esset, tres annos integros in eo statu fuerit, quin pecuniæ ad facienda ei iusta suppeterent: atque adeo ei hactenus officia non fuerint funebria persoluta. Res pecuniaria susque deque agi cœpta, ea præcipue, quæ in militares vsus expendi solita. Reditus, qui, Tertiæ dicti, à Regibus instituti ad Regni defensionem, ac in hunc tantum finem collecti, Religione imposita ne in alios vsus verterentur, à Castellæ Regibus interuersi. Ingens auri summa, quæ ex mercimoniis nauticis Regi ab externis mercatoribus, vt sibi tuta nauigatio esset tributa, quæ Consulatus appellatur, nulla in re minùs, quam in expedienda nauigatione impensa. Reditus

ordinum militarium, quod patrimonium Sanguinis Christi dicitur, quique à Summis Pontificibus sacris militibus sunt constituti, dissipari Castellæ Regibus, & pro libito distributi: adeo vt cum plusquam quingentæ Commendæ in eo patrimonio Christi reperiantur: minor earum pars militaribus viris pro militaribus factis donaretur: aulicis ministris eorumque propinquis maxima pars deferretur, vt mirum sit, vnum ordinem qui Iesu Christi appellatur quadringentas numero Commendas habere, quarum plures & opulentiores, homines qui nunquam hostem viderint sint consecuti. Ac nemo dixerit Reges Castellæ magna in Lusitanos beneficia contulisse. Hoc enim solent gloriosè iactare, se multas Dignitates instituisse, Duces, Marchiones, Comites creasse, multas familias reditibus auxisse, multa bona è Regis peculio detraxisse, multas opes è Capellis, è Commendis non paucis domibus in perpetuum côcessisse, vt hæreditario iure ad posteros venirent, contrà quàm fecerant Reges Lusitani, quibus magna in donando parsimonia fuit, nam paucissimis tum dignitates, tum reditus in perpetuum donabant, ne hæreditario iure illa possiderent; tantùm priuatis hominibus, dum viuerent, tribuebant, neque ad liberos & posteros procedere sinebant; vt si quis vellet, aut Commendam, aut Capellam obtinere, is manu propria meriturus esset. Hoc enim ipsum perniciosissimum Regno fuit, imò vnus è ruinæ fontibus; nam in eo Regno quod angustum erat finibus, Imperio dilatatum, expeditionibus plenum, factis famaque gloriosum, populis abundans, ita agendum erat, vt maxima distribuendi præmia ratio haberetur, ne si vni molta tribuerentur, aut in perpetuum donarentur, quid cæteris dandum esset non suppeteret; atque adeo singuli operam darent, vt ea præmia possent accipere, quæ propria virtute comparanda essent. Quare vnusquisque spe ductus militabat, & suis sumptibus bellum gerebat; quòd speraret fore, vt ad eam dignitatem ascenderet, quam consequi posse cernebat. Æmulatione interim orta inter Nobiles, quasi inter competitores, qui de ferendo certaminis præmio contendebant. Hac ratione factum, vt, Lusitano nemo bellaret acrius, nemo fortius dimicaret, nemo audentius in pericula se coniiceret, nemo generosius occumberet Vnde euenit vt hoc ardore, & studio gloriæ ducti Lusitani, breui totum terrarum orbem non tam passibus quàm victoriis peragrarint, cùm tamen ad omnes spes, ad paucos præmia peruenirent, quod quàm gloriosum esset militibus, quàm vtile Regno, nemo non videt. Hoc consilio Reges Lusitani rem domesticam administrarunt, ne illam prodigerent, spe & gloria suos inuitãtes. Deinde ne cui deessent census quosdam temporarios in singulorum vitam instituerunt, quibus subsidio esse possent, tum vxoribus, tum liberis eorum, qui in bello fortiter occubuerant. Præterea Nosocomia & Xenodochia, & alias huiusmodi domos, ac in iis certa quædam & pia stipendia posuerunt, vt vulneratis, ægrotis, & egenis præsidio forent; vt pleraque eiusdemmodi omittam ad miserorum remedium, tum piè, tum liberaliter instituta. Hanc prudentissimam rerum administrationem Castellani Reges sustulerunt, non tam commoni vtilitati quam propriæ consulentes, quod vellent Dynastarum animos maximis beneficiis demereri, vt sibi addictos eos haberent: atque adeo minus Rempublicam curantes dignitates perpetuas, & bona hæreditaria fe-

cerunt: singulis multa & magna præmia tribuentes, quo & reliquis spem eripuerunt, & aditum ad virtutem clauserunt: quòd viderent ea quæ virtutis fructus, & fortitudinis erant, affectu tribui; & pro Regum libito donari. Vnde & ardor elanguit, & studium refrixit, cum non essent igniculi præmiorum, quibus animi accenduntur. Subtractum præterea est subsidium illud temporarium (tensæ vocantur) quòd non esset patrimonium Regis vnde erueretur, cùm hoc ipsum esset exhaustum, nam cum singulis multa donarentur, ac præmia non suppeterent, necesse erat ex Regio patrimonio detrahere, quod bene de Republica merentibus donaretur. Deinde paulò post ad priuatorum hominum opes ventum, quòd Regiæ non sufficerent, ac eo fiebat, vt tum opes communes, tum priuatæ, tum Regiæ, consumerentur. Iam verò imperium ruinam paulatim trahebat: cui usque ne vnum quidem pedem sub Lusitanis Regibus amiserat Lusitania, maximas sub Castellæ Regibus partes perdiderat: quòd eo magis dolendum erat, quod qui armis regna aliena occuparant, nunc propria amittebant. Constat ad Sebastiani Regis & Henrici Cardinalis tempora, omnia, quæ armis subacta fuerant, egregiè deffensa; nusquam hostem aut occupasse quicquam, aut euertisse: at postquam Castellæ Reges Lusitaniam suæ ditionis fecerunt, nihil nobis tutum, nihil integrum fuisse. Cœpit labare Regnum & ruere. Apud Indos exclusi ab Holandis & Anglis maris imperio, amissæ Molussæ insulæ, Armusium ereptum, interclusa nauigatio, sublatum penè commercium ad angulos Indiæ rerrusi, vix hostium imperum vitabamus. In Affrica magnam fecimus, & arcium, & nauium, & mercium iacturam. Minæ opulentissimum commercium derractum, permutationes capriuorũ ab hostibus interuersæ, Caput quod appellatur Arguini, ab hoste occupatum, præsidia nostra dejecta. In Brasilia tota ora maritima infestata, Mediterranea occlusa, portus obstructi, celeberrimum emporium Balæ expugnatũ, & non sine magno impendio receptum. Paulò post Prnambucum amissum, & magna pars Brasiliæ derracta nobis, adiecta hosti, mercimonia intercepta. Non poterat Regnum lacerum ac dissipatum labenti imperio opem ferre. Si quid Castellani opis afferebant, id carius Regno stabat: nam ad impensas belli cogebatur, vtilitatis nihil fermè capiebat. Præterea id magnopere dolendum: cùm omnes Europæ nationes cum Lusitanis fæderatæ essent, postquàm Castellanis coniuncti fumus, nulla fuit quæ nos odio non haberet; in nosque arma hostium more converteret: quare omnia quæ passi sumus damna Castellano sunt nomini tribuenda. Quid quod res domesticæ deploratæ ac prorsus desperatæ erant? Iustitiæ nullus locus, nulla reuerentia, causæ pauperum peribant, diuitum valebant, ius pecuniam sequebatur, non causam obrepebant homines ad Magistratus fraude, gratia, adulatione, & quod deterius est, erant omnia Reipublicæ munia venalia. Ille sibi maiora promittebat, qui pluribus diuitiis abundabat: non erat qui pauperum miseriis, viduarum solitudini, pupillorum orbitati subueniret. Seruiebat miserum Regnum, ac ne gemere quidem liberè poterat, quòd ipse gemitus crimen erat. Neque hoc tantum malum miseram plebem oppresserat: ad Nobiles & primarios viros impudenter peruenerat: ac eo maiore vi quod illi vehementius poterant resistere: ita malũ, si contagionem spe.

Digitized by Google

ctes, pestis, si vim, fulmen erat; quòd quæ resistũt magis, ea perfringit. Dominabatur vbique tyrannis, insolentium hominum fastu & flatu turgida, efferente se se immodicè duorum hominũ insolentia qui inter se perniciosa affinitate contracta praua in Reipublicæ ruinã, studia coniunxerant. Atque vt opera Annæ & Caïphæ soceri ac generi suspẽsus est in patibulo Christus, ita Ministrorũ generi & soceri consiliis Crucifixi Christi Regnũ euersum. Hi duo faces & turbines tãtorum malorum extiterunt. In eum statum res deuenerat, vt cum exhaustum opibus fuisset regnum, misso peniarum sanguine neruos quoque conarentur incidere. Egerunt cum Rege hæc duo portenta Reipublicæ, vt Dynastas omnes patria auelleret, & specie ferendi contra Catalanos auxilij in Castellam euocaret, vt ibi tanquam in exilio degerent, ac extra patriam mori cogerentur; quod sane non paucis contigit, vni vero peius quidem morte accidit: Nam cum Comes sanctæ Crucis vir summæ Nobilitatis, & spectatæ virtutis qui Madritum ire compulsus fuerat missionem à rege postulasset, respõsum tulit rediturum se si sex millibus aureorum reditum in patriam redemisset; quod quia ille præstare aut non potuit, aut noluit, hodiéque in Curia detinetur. Ac ne Serenissimo Regi nostro Ioanni Quarto, Brigantiæ tum Duci, pepercerunt; insignis enim data est opera à regiis Ministris, vt ipse quoq; domo sua & patria relicta, cũ magna manu militũ in Cataloniã proficisceretur, quod certe fieri nõ potuit integro iure, quo ei à regibus cõcessum fuerat, ne nisi summa cum dignitate, ac cum ipso si ad bellum prodiret Rege militaret. Verum vbi non valebat religio & pietas, ne priuata quidem priuilegia valuerunt. Illud pro cumulo addidero in Ecclesiasticas item opes inhiari, & quanquam precario cum religiosis viris ageretur, ea tamen postulata occultam vim habere ad pecunias extorquendas, quas qui non redderet, timebat fore ne aut in odium, aut inuidiam adductus, vel gradũ in quo erat amitteret, vel certe ampliorem non obtineret. Quæ si omnia & quæ ex ipsis cõsequuntur, attentè pendantur extrema penè mala erant, quibus remedium adhiberi non poterat sub Regibus Castellanis, qui iam de redigendo in ordinem Prouinciæ regno agitabant, quo res tota publica prorsus corrueret.

COROLLARIVM II.

Ardens populi studium Lusitani Regis creandi, & desiderium Castellani abigendi.

SVBLATO è conspectu hominum Rege Sebastiano, ac in eius locum Henrico Patruo, Regis Emmanuelis filio, iure ipso succedente, extremæ iam ætatis viro: cõstat præuidisse populos fore, vt externi Principes, Lusitani sanguinis hæreditatem Regni ad se traherent, ac Serenissimæ Catharinæ eiusdem Regis Henrici ex fratre Eduardo neptis iuri armis obstreperent, & in dubium ancipiti marte vocarent;

quod cum omnes malum vellent auertere, strenuam dederunt operam vt Regnum ad externos Principes ne veniret. Itaque primum de quærenda Henrico Regi vxore cogitarunt: Ex qua quos susciperet liberos Regnum Hæredes haberet. Quod ille, quippe qui Sacerdos & Pontifex & effœtæ iam ætatis erat, consilium est auersatus: alio vsus salutari ne quis eorum, qui regnum ambiebant Principum, citrà iudicium regnum occuparet. Itaque omnes, quotquot erant, ad causam dicendam vocauit, omnibus eam conditionem accipientibus, vno tantum Philippo recusante, cuius opera effectum est, ne dum viueret causa decideretur; quòd putaret facilius eo mortuo regnum à se armis occupandum. Extincto Henrico, cum viderent designati iudices Philippum Lusitaniæ imminere, & vim parare, Legatos Gasparem Casallium Episcopum Conimbricensem, & Emanuelem de Melo Orothyriarchã regni, ad eum miserunt qui renunciarent, se non laturos vt quod iure transigendum erat, armis decerneretur: monere se vt armis depositis iudicium expectaret; quibus ille tamen monitis obtemperare noluit, & Ayamontij in Castellæ oppido quorumdam iudicum sententia expressa, non expectato populi consensu, cui res illa commissa fuerat, duodecim ad id viris ab Henrico Rege designatis, in Lusitaniam irrupit. Quam cum fractam viribus è recenti prælio Africo inuenisset, obsessis prius pecunia, beneficiis, pollicitationibus animis Nobilium, ac expugnatis, facilè in suam potestatem recepit. Frementc tamen ac indignante populo, quòd contra ius fasque arma intulisset. Compertum quidem est regnum non voluntarium, sed inuitum & coactum ei se permisisse. Cum præsertim certissima spe tenerentur Regem Sebastianum, de cuius morte obscura fama erat, in suum esse regnum rediturum, quæ sane vna ex causis fuit, quæ dedere se alieno populos compulit: Cum breui sperarent fore, vt iniustum iugum excuterent. Non tamen destitit populus ab studio habendi Regis Lusitani, cum quidam & si pauci Nobiles, Antonio Principi, Ludouici Infantis ex illegitimo thoro, filio adhæsissent: qui quanquã scirent regni hæreditate, quòd nothus erat excludi, satiùs tamen homini Lusitano parere, quàm externum pati Principem habuerunt. Nec interim siluit Catharina, nec ius suum dissimulauit: constat enim priuatim Philippum monuisse, ne vellet sibi ius armis detrahere, atque hoc ipsum clam scribi litteris idoneis iussisse. Palam ansa non est ius suum persequi, tum quia inferiorem se multo Philippo armis sentiebat, tum quòd noluit, qua erat pietate, regnum turbare, & bellis affligere, maxime quo illud tẽpore distrahebatur in partes, & penè lacerabatur. Quo studio parentem se patriæ optimã declarauit, cum instar matris in Salomonis iudicio mallet, regnum alteri integrũ tradere, quam eo discerpto partem accipere. Et quanquam fugato primum, mox exuto tumultuariis, quas ex fæce populi collegerat, copiis, & fuso Antonio, Lusitaniam Philippus suæ ditionis integram fecit, semper tamen illa libertatem respexit, & de iugo excutiendo agitauit. Sæpe actum, & communibus, & priuatis cum Catharina consiliis, vt ablatum regnũ repeteret. Sæpe eadem cũ Theodosio eius filio ac hærede sunt certissimis nuntiis cõmunicata: quæ tamen semper fuerũt disiecta, non quòd populo studiũ, sed quod Duci certa occasio & vires defuissent. Hoc sane desiderium apparuit eo anno, quo Philippus tertius Olysiponem venit, cum enim eò & Theodosius Princeps venisset, tantus in eum populi amor & studia extiterunt, vt si per ipsum Theodosium li-

ceret Regium ille iam tum folium occuparet. Nota eſt, hodieque celebratur illa dies, qua tumultu quodam circa ipſum ad Palatij fores exorto, tota ad eum vrbs eſt conuerſa, parata vt ad eius nutum obediret. Quod ſi ille annueret, vltimus ille dies Regi Gentique Caſtellanæ fuiſſet. Mortuo Theodoſio non fuit ardor ille populi reſtinctus, imo exarſit acrius in eius filium: tunc Ducem, nunc Regem noſtrum Ioannem quartum: tum quòd maiora in dies mala regnum opprimebant; tum quòd ille tot virtutibus abundabat, vt natus factuſque ad regnum videretur; tum quòd vana illa de Rege Sebaſtiano ſpes effluxerat, quæ multorum animos diu ſuſpenſos tenuerat, qui cum eam abieciſſent, de certiſſimo hærede & aſſertore regni cogitabant. Prima ciuitatum Ebora, Regia quondam vrbs, impellere regnum cœpit. Nam ante annos quatuor, cum iniquitatem graſſantis tyrannidis ferre non poſſet, commota eſt, & arma reſpectans, ſpeciem reſiſtentis oſtendit. Vnius vrbis habitus totius Regni ſtatum repræſentauit: conſtat, ſi caput haberent, iam tunc remedium feſſis rebus adhiberi potuiſſe. Intenta ac erecta reliqua Luſitania erat, vt ſi Olyſipo ſe commoueret, iugum ea Duce excuteret. Ceſſatũ eſt tamen, quod non exploratos animos nobilitatis plebs haberet, nec videbatur Dux Brigantiæ, quem haud dubiè Regem petebant omnes, velle ſuis conatibus aſſentiri. Itaque in eũ vis tota incubuit. Quã ille conſtanter repulit. Erant qui dicerent violentiã ei adhibendam, ac ab eo conſenſum extorquendum. Quin & fama eſt, Eborã ad ipſum certos homines cũ mandatis miſſos, qui rogarent, vellet ſibi tandẽ præſidio eſſe, & quod ſuum erat, ideſt regni coronã, repetere. Subtraxit ſe tamen ille, ne temerè rem tantam aggrederetur cum præſertim Olyſipo ſtudia nondum ſua declaraſſet. Quæ etſi hoc ipſum vehementer optaret, quòd erat caput regni & cardo Imperij, difficilius ſeſe commouebat, rata id quod futurum erat, totam ſecum ſe Luſitaniam tracturam. Circumſpicere tamen cœpit, ſi qua ſe offerret occaſio, qua vti ſine periculo poſſet, ne quod ſaluti communi deſtinabat, in publicum malum & ruinam verteret. Itaque ab eo vſque dum tempore frequentiùs, ac vehementiùs impelli Dux, vt ſeſe ad liberandum ac recipiendum regnum accingeret. Implebant aures querelæ ac gemitus miſerorum, atque ipſa lugubris imago Reip. obiecta oculis pulſabat animum, accẽdebãt illatæ Religionis iniuriæ, Nobilitatis contemptio: non tamen ille vinci ſe patiebatur, quod nollet rem tantam in diſcrimen adducere, cum præſertim nondum perſpectos Nobilium animos haberet, nam plebem addictiſſimam ſibi eſſe compererat, donec ipſa tandem ſtudia ſua Nobilitas declarauit, atque ad id opportuna ſe obtulit occaſio: Cum ab hinc annos duos, quod fama erat Claſſem Gallicam ad obſidendos portus maritimos Luſitaniæ, affore propediem, Olyſiponem miſſus eſt, vt defendendo Regno præeſſet, Almadæ vbi iuſſus fuerat, dum non vrgebat bellum, expectare, multi eum viri primarij conuenerunt, miſerrimum Regni ſtatum exponentes, indubitati iuris ſui eum monentes, vt illud repeteret ſtrenuè hortantes, atque ad id ipſum ſuam operam pollicebatur. Rupem ſcil ille tamen poſtulatis præbuit Paulò pòſt Olyſiponem ſemel ingreſſus, multa & præclara Nobilium erga ſe officia eſt expertus: ſenſit enim ſi vellent Regem ſe populi fore. Maluit in domum priuatus redire, quam Reipublicæ cum Imperio præeſſe, nec ſanè rem tantam aggrederetur, ſi æmuli quietum domi & tranquillum eſſe vellent. Exagitarunt iniurijs, & iuri momentum addiderunt, ſuo eum loco

oco mouere & patria à qua sibi timebant, auellere statuerunt, specie ferendi Castellanis contra Catalanos auxilia, quod cum ille intellexisset tergiuersatus est, ne si proficisceretur exemplo suo reliquæ Nobilitati noceret, & domum suam ruinæ exponeret. Vrgebãt tamen, ac eo magis, quo ille vehementiùs obsistebat, & ita in has adductus angustias fluctuabar, ac impellente vndique beneuolentiæ popularis flatu velificare in regni portum cœperat, nec se tamen ei credere audebat. Domesticum tamen, atque adeo summum momentum adhibuit heroina vxor, quæ regios cum sanguine haustos spiritus gerens, hortata coniugem est clauum regni oblatum arriperet, & imperium iniustè ablatum, postliminij iure repeterer, satius esse clamans, cum peteundum esset, altissima meditantem generosè, quam obscurè agentem perire, quæ sane verba faces admouerunt quibus iam tum præcipuè Nobilitate viri fomitem ministrabant, efferente se immodice duorum insolentia Ministrorum, qui maximè Nobilibus infensi de ijs atterendis cogitabant, vt Regnum seruire sibi pro libito cogerent, dormiente interim, & stertente altius Rege Philippo IV. Hispaniæ, qui in administrando Regno nullã in se curarum partem deriuabat, & quid in eo gereretur prorsus nesciebat, nomine tantũ Principis retento, imperio nullo: quòd sanè argumentum fuit nullo ad illum iure pertinere, quod tanquã alienum administrari, imò rapi trahique sinebat, vt iam, vt aiunt, pro derelicto illud imperium haberetur, id iam tum Ministris agentibus, vt nequa in eo regni effigies remaneret. Tandem deliberatum à summis in Rep. viris fuit, vt regnum in libertatem assererent, déque re huiusmodi secreta consilia agitarũt, quæ summa fide acta, cœpta à paucis, ac cũ pluribus deinceps communicata, cum in bene affectos animos incidissent, prosperum exitum habuerunt. Nihil mirabilius fuit, quã quod quinque, ac eo plurium mensium spatio, de re tam graui inter se cõferentes secretum non prodiderint, cum tamen initio quinque, mox plures, tandem supra quinquaginta ad consilia admissi fuerint, vt vbi vna mens, & vnus animus, omnium vnum quoque os esset, atque adeò tanquam vnius hominis secretum seruaretur.

COROLLARIVM III.

Rex Lusitaniæ Ioannes IV. Dux Brigantiæ creatur, salutatur, inauguratur, Regnumque sibi restituitur.

RE TANDEM deliberata maturè facto opus fuit, partiti sunt inter se vices authores consilij. Quidam ad Ducem Brigantiæ missi, qui renuntiarent in quo statu res essent, eiusque voluntatem explorarent, quam si expressam habuissent cæteri rem ipsam præstarent. Ducis, quanquam ægrè, voluntas expugnata, quæ præcipua difficultas fuit, tum de tempore & modo agitatum; qua de re variæ fuerũt sententiæ. De iure nemo dubitauit Decretum, vt in mensem Martium anni consequentis millesimi sexcentesimi quadragesimi primi negotium differretur, modum ipsa momenta temporum præscriptura. Id tamen fieri non potuit: nam indicia quædam emanabant aucta Ministrorum suspicione, nec defuit vnus de Nobilibus qui Madriti rem apperuisse dicebatur, & rumusculi quidam erãt Regem Hispaniæ experge factũ tantę rei nuntiis de tollendis Principibus quibusdam viris cogitare, idque iam

Ministrorũ opera Michaeli Vasconcellio qui impigrè id executurus erat; mãdari,insigni enim odio in Nobiles ferebatur,quòd impiis ei⁹ conatibus resistebant. Itaque opus fuit tempus anticipare,& summa vti celeritate, ne mora negotium corrumperet. Illud magnoperè agitatum, an plures occidendi essent: nam de vnius morte nemo dubitabat, id est Vasconcellij, quod gratissima futura esset populo, qui eo spectaculo ad liberandam patriam eo sublato obice festinaret. Hoc placuit ne libertas Regni sanguine constaret. Igitur præstituta dies est, ipsæ calendæ Decemb. eiusdem anni, quę in diē Saturni inciderunt: vnũ oberat, quòd pridiè Vasconcellius laxandi animi causa in vlteriorem Tagi ripam abierat,& opinio erat noctem ibi acturum, vnde increbuerat illum aliquid de ijs quæ parabãtur inaudisse. Accidit tamen vt intempesta nocte rediret; quod vbi certis nuntijs ij qui designati ad id erant resciuerũt, summo mane in forum se quod est ante Palatium cõtulerunt. Ingens numerus affluxit, partiti vices aditus omnes ac exitus occuparunt: promptissimi scalas quæ in superiores ferebant domos, corripuerunt, ac in superiorem aulam ingressi quæ capacissima est: alij in domum Vasconcellij eruperunt, alij in Gynæceum vbi Princeps Margarita cum aulicis erat fœminis contenderunt. Primi quorum opera Tyrannus interficiendus, cũ clausos aditus inuenissent (senserat enim tumultum Vasconcellius & fores occluserat) cum diu frustra pulsassent ianuam iniecta bipenni portam fregerunt; interim aliquot ille sclopetos pararat quos in irruẽtes disploderet, adhibito in auxiliũ familiari viro, sed conantes & repugnantes irruentium Nobilium vis oppressit, ac primo statim incursu familiaris vulneratus ex altissima se fenestra eiecit, alter ex Ministris domesticis qui accurrerat penè est cõfossus vulneribus. Ipse Vasconcellius, quem solum quærebãt, vt manus quærentiũ euaderet in armarium se inclusit, sed facilè proditus apertis foribus ferrea primùm glande transuerberatus, mox pugionibus vndiq; petitus pene exanimis in solũ deiectus,& fenestra præcipitatus, clamãte interim viro primario: Extinctus est Tyrannus: libertas viuat: Rex Ioannes IV. quã vocem ingens quæ cõfluxerat hominum multitudo incredibili plausu multiplicem reddebat; cui rei magnum momentũ attulit funestum proiecti cadaueris spectaculum, quod omnibus animos addidit: tunc enim persuasum est ciuitati liberos se à tyrannide esse, quod tyrannum extinctum videbant. Dum hæc in inferiore Regiæ domus parte agebantur, qui in aula superiori de Principe Margareta de solio deponenda tractabant, ad eam sunt dato ab alijs signo pacifice ingressi. Illa quæ ex tumultu rem congesserat interrito vultu iussit pacatos esse, ac quid sibi vellent rogauit: vt intellexit Vasconcellum occisum, regias domos obsideri armis, satis hoc ijs fore rata, acturam se cum Rege Hispano dixit, vt hanc noxam temitteret, & supplicio prorsus abstineret: tunc ij quibus mandatum erat rem totam exposuerunt. Summa fuit regnum assertum esse in libertatem, Regem se habere Lusitanum Ioãnem Quartum. Philippum se tyrannum nosse, Regem non nosse. Quibus cum illa constanter admodum respondisset cætera vtcunque à se tolerari, tolli Regem antiquũ, creari nouum, ferre non posse: monita serio, est, vt sileret, non se ab ea cõsilium petere quod satis mature deliberatum esset rogare reciperet se in priuatam domum, regiã relinqueret, cuius Dominus Ioannes Rex erat; quibus auditis cessit illa: sed euntem sunt omnes honorifice comitati, tam breui, tam facile, tam arduum est confectum negotium, nec plurium sanguine quam Vasconcellij & duorum

quos in ipso tumultu rabies furentium sustulit, Regni libertas stetit, nec mouit se quisquam, cum tamen Regiæ custodiæ pro foribus essent, & armati milires Castellani stationes agerent, & in ipsa arce vrbis ingens eorum numerus habitaret.

Dispersâ momento per vrbem famâ: tam gratæ ac insperatæ rei nuntius incredibili lætitia ciues affecit, omnibus penè expressæ præ gaudio lachrymæ; nemo se domo continuit, tota vrbe iustitium fuit; plures in domos regias confluxerunt, vt fidem oculis facerent, cum vix sibi auditu persuadere possent libertatem se esse citra sanguinem cōsecutos: accendit omnium animos militaris turba à Principibus viris per celebriores vicos cum vexillis, & tympanis deducta, quæ dissono iucundè clamore Ioannem quartum Regem salutabat, qui maior ab incolis reddebatur, nisi quod interruptæ singulribus voces inæqualem reddebant. Itaque lætitia ex insperaro nuncio mœrori fueos faciens ludebat. Suprà fidem res erat: itaque miraculi specie animi ad credendum confirmari: Nam cum ad Archiepiscopum, (hic est Rodericus à Cunha in quo cum Nobilitate scientia. cum scientia pietas, cum pietate magnitudo animi certat) fama peruasisset collectis Canonicis, & aliis viris religiosissimis, in palatium ire perrexit. vix dum ad Diui Antonij triginta ferme passus processerat feruente populi turba, cum ex insigni cruce quæ præire Archiepiscopos soler, excusso clauo Christi Imago Crucifixi brachium liberum protulit, & modice ad multirudinem flexit; quo spectaculo commoti omnes ope diuina rem tantam patratam esse non temerè iudicarunt. Mox coactum principum virorum Concilium. Decretum vt ad Ducem Brigantiæ iam tum Regem, nuncij mitterentur eius authoritatis quibus ille fidem haberet & se crederet, & quibus comitibus viæ se daret, & Olysiponem veniret, quam illi prouinciam susceperunt, & communicato cum Marchione de Ferreira, & Comite Vimioso consilio, Regem Eboram vrbem, deinde Olysiponem deduxerunt. Interim vrbs Regia egregiam præstabat fidem, & præclara in Regem studia ostendebat. Arx in qua erat Castellanorum præsidium, ea ipsa die in deditionem venit, finitima oppida eandem fidem præstiterunt. Nec alia re opus fuit ad reliqua Regni oppida in potestatem Regis trahenda, quam fama, quæ vbi peruenerat corda & animos conciliabat; ac vt obiter dicam, nulla ferme arx fuit, quæ etsi Castellanorum præsidio teneretur, non intra octo dies se Regi permiserit. Circa vnam tantùm diurius ac vehementius laborarum, quæ Olysiponensis portus clauis quędam & nodus est, & Sancti Gioni appellatur, præerat ei vir Castellanus gnauus & industrius: hic principio restitit: neque aut donis pellici, aut minis expugnari potuit, sed paulò post cum obsideri arcem, & proferri tormenta vidisset, æquis conditionibus, deducto inde præsidio arcem tradidit; cui cum paulò post nauis è Castella præfecti maris opera subsidio venisset, & retineri adhuc arcem à suis putasset, nostrique se Castellanos esse simulassent, milites fidenter exposuit, quos admissos Lusitani custodiæ tradiderunt.

Illuxit tandem dies Decembris sexta, qua Rex Serenissimus Ioannes Olysiponem ingressus vrbem exhilarauit: quæ cum parata esset eum honorificentissimè excipere ille edicto vetuit, vt ne fieret: cum satius duxisset animorum beneuolentia, quam rerum apparatu citra impendium excipi. Quanta fuerit ciuium lætitia intelligi facilius quam dici potest; cum veluti sole infuso veterum calamitatum tenebras abigi, & nouæ fœli-

citatis splendorem oriri viderent. Reliquum erat, vt palam inauguratus omnium vota expleret. Id decima quinta eiusdem mensis die rite actum, erecto in ipso palarij amplissimo Circo, ligneo amphiteatro, vbi affluente Regni Nobilitate, ac infinita populi multitudine, debitam sibi iure coronam accepit, & incredibili omnium plausu Rex fuit salutatus. Animaduersum est ea die imbres maximos extitisse: quod à Castellanis legimus superstitiosis hominibus prodigio tributum, & infœlicitati datum, putida sanè ac peruersa interpretatione, cùm æquius esset dicere occlusos hactenus misericordiæ fontes cœlum apperuisse; steriles planè ac infœcundas sub Castellæ imperio terras, vbertim irrigasse, contractas tot annis è tyrannide sordes ac fæces abluisse, fatales iniuriarum ignes & calamitatum incendia quibus vstulata erant omnia, restinxisse. Quæ ne sint temerè dicta, facit illud, quod memoriæ proditum est, quo tempore Philippus II. Regnum inuasit, multos horribiles cometas apparuisse, plures impressiones igneas aërem occupasse, maxima incendia nubes corripuisse, quod solet in omen ac portentum trahi.

Rege salutato: Regia primum domus formam suam splendoremque recepit, cuique Nobilium munera gentilitia distributa, mox officia publica suæ integritati reddita, regimen politicum suo nitori restitutũ, omnia ritè administrari cœpta, perinde ac alta in pace res constitutæ summus erat omnium consensus, incredibile gaudium. Triumphantis habitus vrbis fuit, cum bellum aliqui timerent. Ac huic etiam obuiam itum, ac ne ingrueret prouisum. Regni confinia, & ora maritima iustis munita præsidiis: viris clarissimis, & spectatæ fidei præpositis. Interim Regina, quæ domi Vilauiçosæ manserat, in Regiam vrbem Olysiponem cum familia est euocata, quam Rex transmisso Tago fluuio primùm in oppido vlterioris ripæ excepit, mox inde Olysiponem deduxit, ampliore multò quam ipse venerat, & apparatu & comitatu; tres secum liberos Regiam prolem duxit Principem filium Theodosium octo annorum, infantes filias duas, alteram Catherinam, alteram Ioannam. Tunc species integra domus Regiæ constitit. Rege recepto hærede legitimo, antiquorum Regum Lusitaniæ præclara sobole, qui magnitudine animi, vigore mentis, corporis robore, humanitate, constantia, liberalitate, & quod caput est, Religione, omnes illos auos atauosque referebat. Reginæ, illæ animi & corporis dotes erant quæ coniugis virtutes æquarent. In principe ea eminebant generositatis indicia, vt appareret haud dissimilem patri & maioribus fore.

Indicta deinde totius Regni Comitia quæ Olysipone die vigesima prima Ianuarij agi cœpta: Ea tridui fuerunt: multa in ijs & magna proposita, quæ opus non est referre: summa fuit vnanimi consensu Regem accipi & salutari, paratos singulos esse ad mortem pro tuendo Rege & liberanda Patria subeundam: Vires, substantiam, & opes offerre ad bellum arcendum: nequaquam se Castellanorum iugum vlterius esse laturos. Caput fuit de mittendis ad externos Reges Legatis idoneis, causa fœderis cum aliis renouandi, cum aliis feriendi. Itaq; ibi, tum de ijs quæ pacis, tum quæ militiæ sunt, strennè transactum. Atque hoc ipsum omnium Ordinum tum Ecclesiastici, tum Patricij, tum Equestris, tum Plebeij, sententiis confirmatum. In gratiam tanti amoris ac beneuolentiæ popularis remissa sunt populis tributa, & oblatæ Regiæ opes, & patrimonium Brigantinum: ad belli sumptus faciendos reliqua pecuniarum sum-

nia arbitrio donantium relicta, quę paulò post ad duos auri milliones proposita cum viritim exigenda esset, Rex ne speciem tributi haberet exactio, fieri prohibita est, feliciore multo euentu: nam tam effusè donatum est à populo, vt duplicato numero ad quatuor milliones oblatæ pecuniæ summa perueniret: quo quantum esset populi in Regem studium apparuit. Milites conduci opus non fuit, cùm nemo non voluntarius, plures suis stipendiis militare vellent.

Finitis Comitijs, de Legatis expediendis, quæ præcipua cura erat, agi cœptum: designati sunt principes tum Nobilitate, tum scientia, ac experientia viri. Mitti in Galliam placuit ad Regem Ludouicum Iustũ Christianissimom duos: alterum Franciscum de Melo regni Orothyriarcham, virum primatię Nobilitatis, spectatę virtutis, pietatis singularis, iudicij grauissimi, exquisitæ prudentiæ, experientiæ summæ, optimè de Rege, deque patria ritum: alterum Antonium Coëllium de Caruallho præfectum cũ imperio prouinciæ Cumę, clarissimis ortum natalibus, doctrina & vsu rerum ciuiliũ præstantẽ, magni animi, insignis magnificentiæ, generosæ indolis, egregiæ virtutis, Senatorem in suprema Curia Regium, præclaræ existimationis & famę. Missi in Angliã alij duo: vnus Domnus Antonius de Almada egregio splendore sanguinis, magnitudine animi, vigore ingenij, grauitate iudicij, & alijs quæ primarium virum decent, virtutibus insignis. Alter Franciscus de Andrade Leitaõ nobili loco natus, ingenio præstanti, scientia excellenti, prudentia perspecta, regiusque Senator. Hollandicæ legationis prouincia imposita Tristano de Mendoza, familia illustrissima, viro impigro, militari, vrbano, bellicarum rerum peritissimo, alta indole, facili ingenio, ad promerendas Holandorum voluntates aptissimo. Romam quoque mitti Legatum ad Pontificem placuit, qui de iure creati Regis, regnique instauratione eundem certiorem faceret, ac Regis nomine obsequiũ deferret. Dubitatum diu, quis renunciaretur, tandem electus est ad id munus Domnus Michael de Portugal, Episcopus Lamecẽsis, è Regio sanguine, arboris Brigantinæ ramus florentissimus in quo flos Nobilitatis cũ ingenio, scientia cum virtute, dignitas cum humanitate contendit, clarissimi Comitis de Vimioso frater: omnibus animi & corporis dotibus ornatissimus, qui tantam sustinere prouinciã poterat. Socius additus, vir sane omnibus numeris absolutus, & in supremo sanctæ Inquisitionis Consilio Senator, clarus genere, ingenio acer, iudicio maturus, doctrina spectatus, consilio optimus, Doctor Cathedraticus in Conimbricensi Academia & Canonicus in Ecclesia Olysiponensi, qui Romæ Regij Agentis nomine mansurus est, Pantaleo Rodriguez Pacheco. Nec omissæ Venetiæ sunt: quin ijs quoque Legatus destinatus: Religiosus è familia Dominicana Frater Dionysius de Lancastre, elatitudine generis, sũma, ingenio liberali, indole præstanti maximarum rerum experientiã insignis, quique ante initam religionem egregij tum militis, tum ducis munus impleuerat. Cuius frater Religiosus item è Societate Iesu, Ignatius Mascaregnas fratri suo simillimus, Commissarij nomine in Cataloniam Legatus fuit. In regnum quoque Daniæ missus Orator Frãciscus de Sousa Coutinho illustri prosapia, præclaris naturæ & ingenij ornamẽtis præditus. Omnes Legatiã consilijs Regis, summa diggitate, cum meritis coniuncta. Legationum optatum fore exitum putabant omnes, quòd videbant & iusta & vtilia proponi, quæque nemo Principum, modo audiret, respueret. Ac vt perfecta Legationis forma esset, præstantissimi delecti Secretarij, quibus omnibus

Senatorũ in Regio consilio togatorum dignitas tributa. Gallicis datus, Christophorus Suarez de Abreu, qui tum splendore generis, tum multarum rerum scientia, tum comitate & vrbanitate Gallorum animos deuinciret, quique subtilitate mentis, dexteritate ingenij negotia feliciter tractaret. Anglieis obtigit vir magnis natalibus, litteris multis, optima indole, multiplici ingenio, cuius præclara extant typis excusa moumenta, Antonius de Sousa de Macedo. Cum Hollandico profectus tertius, quem & nobilitas clarum, & doctrina eruditum, & comitas humanum, & facilitas gratiosum fecit, Antonius de Sousa Gauarez. Missus eum Romano is quem multa generis ac præclara, & ingenij & scientiæ ornamenta insignia cum singulari fide, ac comitate magnopere commendant, Rodericus Rodriguez de Lemos. Comitatus est Danicum honestissimus ac scientissimus, humanissimus, ac vrbanissimus omnium in Lusitania ore celebratus Antonius Monisius de Caruallo. Omnes militiæ Iesu Christi habitu insigniti. Horum sanè industria & opera vtuntur Legati, qui ea quæ in mandatis habent strenuè ac feliciter exequuntur. Dante interim operam Rege ne aut in Regni finibus præsidia aut in portubus naues, aut in arcibus milites, commeatus, arma, aut in oppidis militaria exercitia deessent, tamque omnia quæ ad militiam spectant gnauiter prouidit, vt non solùm ad vim hostium vbique arcendam, sed ad inferendam quoque sit paratus. Cum præsertim copijs abundet, constat enim anno millesimo sexcentesimo trigesimo nono de maodatu Philippi Regis Castellæ initum eorum qui arma eapere poterant numerum fuisse: ducentos nouem mille ac septingentos numeratos: cum tamen recensiti non sint plures, quippe quòd tres conuentus omissi, & primarii ac illustres viri censeri non soleant: quorum certè magna summa est. Ex quibus duo millia quingenti equites, cæteri pedites. Quorum maxima pars armis instructa iustis, reliquis iam nunc arma prouidentur, ijs domesticis copijs, si adiungas externa, quæ comparantur, auxilia: dubium non est, quin Castellanus si mouere quicquam velit, insigni sit clade afficiendus. Hoc præcipuè tempore, cum tam est attritis & aecisis viribus, vt vix sua tueri possit, nam ne opes quidem supersunt ad milites & cogendos & alendos, & immensa tributorum onera quibus ad exigendas pecunias opprimit populos, turbas & seditiones grauissimas exeitent, quæ in rebelliones erumpunt, circunspectantibus iam hominibus, ad quem deficiant, si iure id facere possint, sin secus suã sibi Rempublicam instituant excusso iugo iniquo liberam, atque adeo iustam. Næ, si nos armis Lusitanos Castellaoi lacessant refricabunt accepta olim, quorum non sunt adhuc obductæ cicatrices vulnera: ac perpetua qua aduersus eos in bellis fortuna secũda vti sumus, deinceps vtemur, aliosque locos nobiliores quàm Aliubarrotam, eorum cladibus faciemus. Quod nemo sibi non persuaserit, qui legat vnam, de qua gloriari maximè solent ad Taurum vrbem pugnam, multò à Lusitanis melius quàm à se pugnatam. Etsi enim vtrumque Regem tumultus abstulerit, ac eorum dubius ancepsque exitus fuerit, constat Principem nostrum Ioannem, qui validissimæ copiarum parti præerat & seorsim cum hoste pugnabat, victorem euasisse, & Castellanis dispersis ac fugatis solum in acie erectis vexillis mansisse tandiu, quantum satis esset ad victoriæ haud dubiam fidem. Itaque incerta prælij fortuna non fuit; quod si fuisset id constaret, quanta virtus ac felicitas nostrorum sit, cum quibus, vel dubio marte pugnasse, victoriam Castellani vocant.

Qui sanè illud gloriosè ac impudenter iactant Regem Alphonsum cessisse, in Lusitaniam sese irrito conatu recepisse, itaque Hispaniæ possessione exturbatum, atque adeo victum abiisse. Nec enim agimus de belli euentu, qui ex magnis momentis rerum, ac temporum pendet, sed de exitu prælij, qui sanè secundus esse potuit, quamuis quæ illum sunt consecuta improspere cessissent. Certè nunquam possessione Regni extraheretur Alphonsus, nisi Castellani Principes, qui ipsum inuitarant, datam fidem fregissent, atque ab ipso paulatim ad Fernandum & Isabellam defecissent. Etsi autem multo simus Castellanis in historijs scribendis Lusitani grauiores, ac religiusiores, vt ijs tamen oculi doleant eorum more scribere quiddam placet, quod nuper Olysipone recens creato Rege contigit, in quo multum iucunditatis est, & non parum valet, ad spem animis iniiciendam fore, vt is rerum euentus futurus sit, qualis puerilis certaminis exitus fuit. Solenne est ephæbis Lusitanis simulachra belli collectis copiis exercere. Arma fundæ sunt, quas citissimè circumacto per capita verbere torquent, & Balearico more lapidum imbres excutiũt. Contractum igitur huiusmodi prælium est, ea lege, vt duo exercitus essent, alter Lusitanus, Castellanus alter, ac cuique suus Rex præesset. Lusitano Ioannes, Castellano Philippus: ijsque nominibus suum sui affecerunt; cumque par vtrinque numerus in aciem prodijsset, detrectarunt Lusitani pugnam, quòd dicunt pudori sibi esse æquato copiarum numero cum Castellanis confligere, cum paucissimi sæpe Lusitani plurimos Castellanos fudissent: itaque velle se more maiorum cum ijs pugnare, valerent Castellani numero, se virtute pollere. Id vt constaret augendas esse hostium copias, suas minuendas. Nec aliter nisi hac lege dimicare voluerunt. Initum certamen fuit summa animorum contentione. Exarsit prælium, & atrox pugna fuit. Nec fundis iam eminus, sed cultris, & gladiolis res gerebatur. In medio ardore pugnandi Rex Ioannes exclamauit, eũ se Regem esse, quem puderet tandiu cum Philippo effæminato viro certare. Inferrent se acriter, & hostem vinci cum fortior erat, solitum, nunc imbecillum & infirmum propellerent. His accensi milites tam se acriter in hostes intulerunt, vt inclinarent, & mox in fugam verterent. Qui Regem tamen simulabat, ille ægrius cedebat, & quod puderet fugæ suos sistere, ac restituere prælium volebat. Id cum vidisset Lusitanus puer qui Regem Ioannem agebat, in eum impetum faciens ad singulare certamen coeit. Recta tota acies tantæ rei spectaculo & quasi ex composito abstinuerunt prælio, in Regum suorum fortunam intenti. Non diu eos expectatio tenuit. Nam Lusitanus illato gradu Castellanum loco deiecit, deiecto, magna vi incubuit, & adacto in viscera mucrone lethaliter percussit. Quo ille vulnere accepto moribundus procubuit. Eius casus pugnam in fœdus, iram in misericordiam vertit, exceptus est iam amicorum manibus saucius, in domum relatus, coniectus in lectum, dante strenuam operam ipso qui percusserat, ac eius parentibus ne lethale vulnus foret. Sed irrito tamen conatu, nam paulò post extinctus, morte omnes contristauit, omine confirmauit. Nam vt sæpe maximarum rerum euentus è leuibus momentis temporum pendent, ita & exitus leuia quædam indicia portendunt, quorum summi Historiarum principes rationem persæpe habuerunt. Certè res eiusmodi fuit, vt non temerè accidisse vulgus existimarit: ac non mediocres inde animos sumpserit, constat tam bene animatos esse ad pugnam, vt nemo sit quem aut ætas, aut infirmitas, aut imbecillitas, aut in-

opia à prælio cum Castellanis deterreat. Omnes intenti ad occasiones belli ac prompti excubant, quocunque ad erumpendum dato signo irrupturi. Iamque tumultuaria contracta in Regnorũ confinibus certamina, ex quibus nostri superiores euadunt: vt appareat Lusitanis Regem, non animos defuisse, ac eos esse, quos Castellani tot olim bellis victores magnis acceptis cladibus senserunt. Iamque in Castellam arma illata, & in eius viscera penetratum esset, nisi Regi nostro Ioanni IV. in aliena irruere recuperatis iam proprijs religio esset; quod satis ducat sua recepisse, nec admodum licere putet, aliena inuadere, nisi ab hoste compellatur: quod cum iam acceptis iniurijs fieri incipiat & serenissimus Eduardus Infans verè Regijs virtutibus Princeps, Regis Castellani operâ in vincula sit, contra ius fasq; ab Imperatore in Germania vbi militabat, coniectus, ac ipsius Regis nostri saluti domesticis quibusdam solicitatis insidiari conetur, quos tandem sceleris conscientia exules fecit, & Regia sententia damnauie, & constet bellum nostris nõ inferri, non quòd nolit, sed quod nequeat iustas ad id copias contrahere, quas tamen occultè comparat moliturque dolis & fraudibus Pontificis & Regũ, ad quos Legationes mittuntur, aures obsidere & animos circumuenire, subornatis ad id vt solet ministris ac turpibus confictis mendacijs, vt eos à nobis alienent, eorumque & animos & arma auertant; nulla iam Religio est, quo minus eum bello aggrediamur, quod omni ex parte iustum fuerit.

Conimbricensium Iurisconsultorum doctrina circa successionem Regni Lusitaniæ, Comitiorum Lamecensium decretis nuper inuentis stabilitur.

COROLLARIVM IV.

QVæ præcipua sunt Iuris Lusitani fundamenta, illa optimis sunt & argumentis communis, & testimonijs priuati Iuris comprobata, sed quoniam magnum propriarum legum, & Comitiorum generalium Regni ad fidem faciendam pondus est, operæ me pretium facturum duxi, si decreto Comitiorum Lamecensium robur rationibus adderem. Horum notitiam habere non poterant Iuris Doctores Conimbricenses quòd ea eo tempore ignota erant; recens enim lucem viderunt opera Patris Frat. Antonij Brandonis Cisterciensis Regij Historiographi, cui multarum magni ponderis rerum scientiam debemus, cum antea latuissent. Quorum iam idonea fides est, cum recipiantur & probentur à doctis & in ijs quæ nuper, inaugurato Rege serenissimo Ioanne IV. Olysipone habita sunt, & scripta circunferuntur, Comitijs, eorum statuta citentur. Mirum certè videri poterit quam tota Iurisprudentium tradita superius doctrina cum decretis illis consentiat. Quod vt constet adscribam Comitia & suis ea numeris distincta proponam, vt cum proposita fuerint, facta sententiarum Doctorum, cum decretis Comitiorum collatione appareat, mirifice inter se omnia conuenire: stylus is est quem illa tempora ferebant, sed quo rudior, eo simplicior atque adeo à fuco alienior, igitur ab inscriptione

Prima

Prima congregatio Regis Alfonsi, Henrici Comitis filij, in qua agitur de regni negotijs, & multis alijs rebus magni ponderis, & momenti.

IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus San- I.
cti, Trinitas inseparabilis, quæ nunquam separari potest. Ego Alfonsus Co-
mitis Henrici, & Reginæ Tarasiæ filius, magnique Alfonsi Imperatoris Hispania-
rum nepos, ac pietate diuina ad Regium solium nuper sublimatus. Quoniam nos
concessit Deus quietari, & dedit victoriam de Mauris nostris inimicis, & propterea
habemus aliquantam respirationem; ne forte nos tempus non habeamus postea conuo-
cauimus omnes istos, Archiepiscopum Bracharens. Episcopum Visens. Episcopum
Portuens. Episcopum Colimbriensem, Episcopum Lamecens. viros etiam nostra curiæ
infra positos, & procurantes bonam prolem per suas ciuitates per Colimbriam, per
Vimaranes, per Lamecum, per Viseum, per Barcellos, per Portum, per Trancosum,
per Choues, per Castrum Regis, per Bouzellas, per Porietes vetulas, per Seuam, per
Couilhanam, per Monte Magiore, per Isguetram, per Villa Regis, & per parte domi-
ni Regis Laurentius Venegas, & multitudo ibi erat de Monachis, & de Clericis, &
congregati sumus Lamecū in Ecclesia Sanctæ Mariæ Almacaue, seditque Rex in solio
Regio sine insignijs Regijs, & surrexit Laurentius Venegas procurator Regis, &
dixit.

Congregauit vos Rex Alfonsus, quem vos fecistis in Campo Auriquio, vt videatis II.
bonas litteras domini Papæ, & dicatis si vultis quod sit ille Rex. Dixerunt omnes: Nos
volumus quod sit Rex. Et dixit procurator. Quomodo erit Rex, ipse aut filij eius, aut
ipse solus Rex? Et dixerunt omnes: Ipse in quantum viuet, & filij eius postea quam
non vixerit. Et dixit procurator. Si ita vultis, date illi insigne. Et dixerunt omnes:
Demus in Dei nomine. Et surrexit Archiepiscopus Bracharensis, & tulit de manibus
Abbatis de Lourbano coronam auream magnam cum multis margaritis, quæ fuerat
de Regibus Gottorum, & dederant Monasterio, & posuerunt illam Regi. Et dominus
Rex cum spata nuda in manu sua, cum quo iuit in bello dixit: Benedictus Deus qui
me adiuuauit. Cum ista spata liberaui vos, & vici hostes nostros, & vos me fecistis
Regem, & socium vestrum. Siquidem me fecistis constituamus leges; per quas terra
nostra sit in pace. Dixerunt omnes: Volumus Domine Rex, & placet nobis constituere
leges, quas vobis bene visum fuerit, & nos sumus omnes cum filijs, filiabus, neptibus,
& nepotibus ad vestrum mandare. Vocauit citius dominus Rex Episcopos, viros nobi-
les, & procuratores, & dixerunt inter se, Faciamus in principio leges de hæreditate Re-
gni, & fecerunt istas sequentes.

Viuat dominus Rex Alfonsus, & habeat Regnum. Si habuerit filios varones, vi- III.
uant, & habeant Regnum, ita vt non sit necesse facere illos de nouo Reges. Ibunt de
isto modo. Pater si habuerit Regnum cum fuerit mortuus, filius habeat, postea nepos,
postea filius nepotis, & postea filios filiorum in sæculo sæculorum per semper.

Si fuerit mortuus primus filius viuente Rege patre, secundus erit Rex, si secundus, IV.
tertius, si tertius, quartus, & deinde omnes per istum modum.

Si mortuus fuerit Rex sine filijs, si habeat fratrem sit Rex in vita eius; & cum V.
fuerit mortuus, non erit Rex filius eius, si non fecerint eum Episcopi, & procu-
rantes, & nobiles curia Regis, si fecerint Regem, erit Rex, si non fecerint non erit
Rex.

Dixit postea Laurentius Venegas, procurator domini Regis ad procurantes. Dicit VI.
Rex: si vultis quod intrent filias eius in hæreditatibus regnandi, & si vultis facere

Digitized by Google

leges de illas? Et posteaquàm altercauerunt per multas horas, dixerunt. Etiam filiæ domini Regis sunt de lumbis eius, & volumus eas intrare in Regno, & quod fiant leges super istud. Et Episcopi, & nobiles fecerunt leges de isto modo.

VII. *Si Rex Portugalliæ non habuerit masculum, & habuerit filiam, ista erit Regina, postquam Rex fuerit mortuus de isto modo. Non accipiet virum nisi de Portugal, nobilis, & talis non vocabitur Rex, nisi postquam habuerit de Regina filium varonem, & quando fuerit in congregatione maritus Reginæ, ibit in manu manca, & maritus non ponet in capite coronam Regni.*

VIII. *Sit ista lex in sempiternum, quod prima filia Regis accipiat maritum de Portugalle, vt non veniat Regnum ad extraneos, & si casauerit cum Principe estraneo, non sit Regina, quia nunquam volumus nostrum regnum ire for de Portugalensibus, qui nos sua fortitudine Reges fecerunt, sine adiutorio alieno per suam fortitudinem, & cum sanguine suo.*

Istæ sunt leges de hæreditate Regni nostri, & legit eas Albertus Cancellarius domini Regis ad omnes, & dixerunt, bonæ sunt, iustæ sunt, volumus eas per nos, & per semen nostrum post nos.

Et dixit procurator domini Regis. Dicit dominus Rex: vultis facere leges de nobilitate, & iustitia, & responderunt omnes: placet nobis, fit ita in Dei nomine, & fecerunt istas.

Omnes de semine Regis, & de generationibus filiorum & nepotum, sint nobilissimi viri. Qui non sunt de Mauris, & de infidelibus Iudæis, sed Portugalenses, qui liberauerint personam Regis, aut eius pendonem, aut eius filium, vel generum in bello sint nobiles. Si aliquis comprehensus de infidelibus mortuus erit propter quod non vult esse infidelis, sed stat per legem Christi, filij eius sint nobiles. Qui in bello matauerit Regem inimicum vel eius filium, & gancauerit eius pendonem, sit nobilis. Omnes qui sunt de nostra curia, & fuerunt de antiquo nobiles, sint per semper nobiles. Omnes illi qui fuerunt in lide magna de Campo Dauriquio, sint tanquam nobiles, & nominentur mei vassals per totas suas generationes.

Nobiles si fugerint de lide, si percusserint cum spata ou lancea mulierem, si non liberauerint Regem aut filium eius, aut pendonem pro suo posse in lide, si iurauerint falsum testimonium, si non dixerint veritatem Regibus, si male falauerint de Regina, & filiabus eius, si fuerint ad Mauros, si furtauerint de alienis, si blasfemauerint ad Iesum Christum, si voluerint matare Regem, non sint nobiles neque illi, neque filios eorum per semper.

Ista sunt leges de nobilitate, & legit eas Cancellarius Regis Albertus, & dixerunt, bonæ sunt, iustæ sunt, volumus eas per nos, & per semen nostrum post nos.

Omnes de Regno Portugalle obediant Regi, & Aluazilibus locorum qui fuerint ibi per nomine Regum, & isti iudicabunt per istas leges iustitia.

Homo si furtauerit, per prima vice, & secunda ponant eum medium vestitum in loco per vbi omnes vadunt; si magis furtauerit, ponant in testa latronis signum cum ferro caldo, si magis furtauerit moriatur; & non matabunt eum sine iussu domini Regis.

Mulier si fecerit malfairo viro suo cum homine altero, & vir eius accusauerit eam ad Aluazil, & si sunt boni testes, cremetur cum igne, cum dixerint totum ad Dominum Regem, & cremetur vir de malfairo cum illa. Si maritus non vult quod cremetur mulier de malfairo, non cremetur vir qui fecit malfairo, sed vadat liber, quia non est lex viuere illam, & matare illum.

Si aliquis occiderit hominem, sit quis est, moriatur pro illo. Si quis fforciauerit virginem nobilem, moriatur, & totum suum auere sit de virgine sforciata. Si non est nobilis maritentur ambo, siue homo nobilis sit siue non sit.

Quando aliquis per vim gancauerit auere alienum, vadat querelosus ad Aluazir, & ponat querelam, & Aluazir restituat illi suum auere.

Homo qui fecerit roxum cum ferro moludo, vel sine illo, vel dederit cum lapide; vel ligno trancudo, faciat illum Aluazir componere damnum, & pechare decem morabitinos.

Homo qui fecerit iniuriam Aluazile, Alcaide, homini misso à domino Rege, vel etiam Satone, si percusserit assignetur cum ferro calido, sinon peche 30. morabitinos, & componat d amnum.

Hæ sunt leges iustitiæ, & legit eas Cancellarius Regis Albertus ad omnes, & dixerunt bonæ sunt, iustæ sunt, volumus eas per nos, & per semen nostrum post nos.

Et dixit Procurator Regis Laurentius Venegas; vultis quod dominus Rex vadat ad Cortes Regis de Leone, vel det tributum illi, aut alicui personæ for domini Papa qui illum Regem creauit; & omnes surrexerunt, & spatis nudis in altum dixerunt. Nos liberi sumus; Rex noster liber est, manus nostra nos liberauerunt, & dominus Rex qui talia consenserit moriatur, & si Rex fuerit non regnet super nos. Et Dominus Rex cum corona iterum surrexit, & similiter cum spata nuda dixit ad omnes: Vos scitis quantas lites fecerim per vestram libertatem; testes estis, testis brachium meum, & ista spata, si quis talia consenserit, moriatur; & si filius aut nepos meus fuerit, non regnet; & dixerunt omnes. Bonum verbum. Morientur, & Rex si fuerit talis, quod consentiat dominum alienum non regnet. Et iterum Rex. Ita fiat.

Ex his primùm apparet veram esse doctrinam traditam quæst. 2. feminas succedere in regnum Lusitaniæ. Sic enim statuitur n. 6. illis verbis. *Etiam filiæ Domini Regis sunt de lumbis eius & volumus eas intrare in regno, & quòd fiant leges super istud.* & n. 7. *Si Rex Portugalliæ non habuerit filium ista erit Regina, postquam Rex fuerit mortuus.*

Secundùm constat Regem Lusitaniæ externum esse non posse, imo hoc nomine excludi feminam Reginam si nubat alienigenæ. Quis autem censendus sit externus, quis naturalis ex ipsis Decretis patet, cum dicat, *Non accipiet virum nisi de Portugal.* Neq; aliter nisi de Principe nato in Lusitania, qui regnet in Lusitania intelligi potest. Nam addit n.8. *Accipiat maritum de Portugallia, vt non veniat regnum ad extraneos.* Et mox. *Nunquam volumus Regem nostrum ire for de Portugallensibus.* Quæ cohærent ijs, quæ dicta sunt Illat. 4.p.4.

Tertium apparet quanta sit vis consensus populi ad creandum Regem modo non sit rectus & indubitatus successor, vt habetur, n. 5.

Quartum non tollitur Repræsentatio, imo innuitur n. 1. & 2. Deinde linearum ordo proponitur iuxta ordinem natiuitatis filiorum n.2. Quæ consentanea sunt ijs, quæ traduntur Illat. 4. p. 3. & confirmantur testamento Ioannis. I. vbi repræsentatio expressa continetur, & linearum diuortia fiunt: & Epistola Regis Alphonsi V. scripta ad Status Regni in quibus vtrumque, & repræsentationis, & lineæ, melioris, ius ad succedendum exhibetur. Patetque ex dictis q. 3.n. 18. & 19. & q. 5.n. 8.

Quanquam verò Caramuel lib. 2.q. 1.art. 4. conetur hæc capita Comitiorum ad alios sensus intorquere: non magnopere laborandum est, cum hic author nihil fermè in illo opere præter bonos characteres boni habeat. Quem cum legeris elementa tantum probes. Pudeatque te tam præclaros typos tam malè collocatos videre. Vnum est, quòd repræsentationis mentio in Comitijs non fiat: sed eam tamen non tolli constat, ex decretis n. 3. neque dicta n. 4. repugnant, quia de filio primogenito sine liberis

mortuo intelligenda sunt: tunc enim secundus filius succedere debuerat. Secus si primogenito filius superstes foret: nam tunc iste successurus erat auo, vt in Sebastiano Rege vidimus, quem posthumum Regem, quod maius habet pondus, accepimus. Quæ sanè interpretatio eò est verior, quod Caramueli alteri visum est. Tam enim ineptè, & absurdè interpretari omnia solet, vt peruerso ac pręposteto sensu exponat. Itaq; cauendū ne in sacras litteras commentarios edat, ne illas interpretando corrūpat. Illud moneo, & si non fiat repræsentationis mentio, haberi expressam in testamento Ioannis I. & Epist. Alphonsi V. iuxta superius tradita q.3. art.2. Quibus explicanda mens est Decreti comitiorum Lamecensium, quæ & si eam tollerent, posterioribus legibus restituta fuisset Si Caramuel alicuius numeri author esset gratulandum nobis foret, quòd Comitia Lamecensia probaret, quorum decretis externi Principes à successione remouentur. De quo interim Authore id dixerim, (refutare enim illum quamprimum cogito) cautè legendum in ijs quæ ad summum Pontificem spectant, *De cuius authoritate* etsi, in præludio (sic vocat & rectè nam totus libet ludus est) *venerabundum se tractare* dicat, ei certè non obscurè detrahit: quod ego stupori potius mentis, vt eius famæ consulam, tribuo, quàm vitio voluntatis. Cui illud argumento sit, quod cum vnā tantum agnoscant Theologi hypostaticam vnionem in Verbo Incarnato, ille tertio quoque verbo in rebus humanis hypostaticas vniones inueniat. Et tamen bonus vir, & videri, & dici Theologus amat.

Fontem iuris Regis nostri Ioannis IV. superiore libro contineri, & alijs item titulis ipsum confirmari.

COROLLARIVM V.

NEMO dubitat, quin si Catharina iure regni hæres erat, eius nepos Ioannes, qui Auiæ suæ successit, hæres quoque regni sit. Quod vel ipsi aduersarij fatentur. Quotquot enim contrà Ioannem scribunt, omnes Catharinæ ius infirmare conantur, idque tanquam iugulum causæ petunt. Imo non alia ratione Philippi Castellæ Regis IV. partes tuentur, quàm argumento iuris Philippi II. qui auus est eiusdem, quòd sciant, quod Auus legitimè possedit, ad nepotem iure transire. Id ipsum Recentioris memoriæ duo minuti Authores Caramuel, & Pellicerius profitentur, suscepto consilio, tum vt Philippum IV. in possessione retineāt, tum vt Ioannem IV. ab ea quam inijt, exturbent. Non poterunt tamen Catharinæ iuri detrahere, tam certis argumentis stabilito, vt Herculi tu citiùs clauam quàm ejius eripias. Quî enim repræsentationem altissimam hic agentem radices euellas? Quî ius melioris lineæ ob Eduardum tollas? Aut quomodo agnationis prærogatiuam euertas? Aut qua ratione conficias, vt externum & Castellanum naturali, ac Lusitano Principi præponas? An neget quisquam Ioannem IV. auiam suam Catharinam repræsentare, cum in recta linea sit? An non fateatur in eadem Eduardi linea esse, quæ multò est, quam Isabellę sororis præstantior? Nemo certe op-

poneт, quòd ab agnata acecpit, iure non retinuiſſe, eum ad retinendum hic titulus non fuerit neceſſarius, fuerit ad accipiendum. Iam vero eſſe Ioannem natum inter nos, ac verè Lnſitanum Principem, cuiuſmodi Philippus non eſt, ecquis non videt? Certè, licet aduerſarij tergiuerſentur, ſeqne in varias Vertumni, aut Prothei formas vertant ad ſalebras demum hærent, & vinculo tenentur illo, non poſſe radicem & fontem vnde ius in ramos & riuulos ducatur, non quæri. Vnde ſequitur, non perſonam ſolitariam, eiuſque dotes ſpectandas, ſed quomodo radice coniuncta, & quas ex radice vires habet, conſiderãdum. Itaque Philippus etſi vir, ac natu maior, ac Rex potentiſſimus eſſet, non ideò tamen ius adeundi Luſitani regni hæreditatem habebat, ſed quòd Iſabellæ filius ac Lnſitani ſanguinis eſſet, quem in eũ mater corriuarat. Quare quo illa iure Regnãdi gaudebat, eo Philippus item filius fruebatur. Atq; adeo quocunque tandem modo ad ipſum veniret hæreditas Regni, non poterat ius ei materno fortius obuenire. Quod argumentum ratione valet, quæ eſt anima legũ, & euius lex ipſa lingua eſt. Ea Iuriſprudentes loquuntur. Vox Baldi illa auditur: *Non poteſt plus iuris in cauſato eſſe, quam ſit in cauſante.* Apud Molinam qui confirmat lib. 3. Primog. c. 5. n. 45. Vnde rectè ſucceſſio apud Iureconſultos fluuio comparatur, qui à fontibus aquam trahit, teſte Sarmiento in l. cum ita §. in fidei commiſſis. ff. de Legat. 2. vnde nèque retroacto curſu redire in capur, neque plus aquarum, quàm è fontibus cuiuſcumque ij generis ſint, vehere poteſt. Quorum alterum ex altero ſequitur. Nam ſi vir natus ex femina plus iuris habet quàm mater, profecto excludere poterit eum, quem mater nõ excluderet: vnde regrederetur ſucceſſio alterius lineæ, quæ ducebat alueum iuris, ac interrupto curſu periret: irrueretque è tranſuerſo nouus quidam fluuius, à quo alter intercipe̱retur. Quod acutiſſimè vidit, & ſolertiſſimè vetuit Sarmiento proximo loco. *Non*, inquit, *fieri poteſt ſine miraculo, vt tanquam Iordanis conuertatur retrorſum.* Sanè miraculum in iure, quod natura nititur, piaculum eſt. Si liberorum ius ſpectare volumus, Parentis ſpectemus. Cauſis primum collatis, apparebit, vter præcedat, Catharina ne? an Philippus? En hi duo ſunt riuuli, fontes quæramus. Ecce Eduardus & Iſabella. Horum vter præſtat? Eduardus. Igitur & Catharina eius filia. Sin, ſi Philippus, quòd maſculus eſt, præcedet, & trabet ad ſe lineam intortam; antequam illa deſinat, diſcindet, gemente natura, & iure reluctante. quod proponit Molina lib. 3. c. 6. n. 20, & ſuprà demonſtratum Illat. 4. p. 3. n. 53. Deinde quis non videt quàm abſurdum quiddam & præpoſterum ſequatur? Demus Pbilippum filium genuiſſe feminam: Catharinam peperiſſe virum, iam reuertetur ſucceſſio ad filium Catharinæ, relicto priore curſu, atque adeo huiuſmodi plures curſus ac recurſus faciet, luderque in linea Troiã. Quin & ludibrio ij erunt, qui id Catharinæ, ne ſit hæres regni vitium obiectant, quo Philippus laborat; nam ridiculum eſt Catharinam quòd femina ſit excludere, admiſſo Pbilippo, qui eſt à femina, & ius habet per feminam. Itaque Catharina ius paternum amittet quod femina eſt? Pbilippus recuperabit, quòd mater amiſerat? non ita lex in arenam. God. de Inoffic. teſtam. c. 2. & 3. de except. cum ſimilib. quæ cauent ne quis alteri quo laborat, vitium obijciat. Illa eſt tè linea maſculina eſt, quæ à maſculo incipit. Radix eſt ſpectanda non rami. Teſtem idoneum adduco Baldum conſ. 321. lib. 3. vbi ait verba *Ex linea patris*, intelligi *Initiatiue, quaſi ab ſtirpe in perſona patris*. Et ruſus n. 6. ait intelligi, *initiatiuè, & non continuatiuè.* Con-

sentiunt Alex.in l.Gallus.§.si nunc de lege.ff.de lib.& posth.& conf. lib. 6. Socin. conf.33. n. 8. lib. 3. Menoch. conf. 106. Raudens. de Anal. lib. 1.c.19. n. 6. Peregr. de fideicommiss. art.22. n. 4. Ancharr.Dec. Crauet. qui plurimos citat. consil. 250. n.4. Fusar. de substit fid.commis. q.346. n. 24.

Age si videamus vbi inceperint lineæ transuersales Regis Emanuelis? Pater ex ijs quæ dicta sunt Illat. 4. n. 53. in eiusdem Regis liberis incepisse. Eligamus duas, de quibus controuersia est. Eduardi & Isabellæ. Igitur masculina illa, quæ à masculo initium habuit: quandoquidem initiatiuè spectari debet ex Baldo & alijs communiter. In hac est Catharina, quæ continuat lineam: neque enim est dicendum rupisse lineam: igitur & linea Catharinæ masculina est: cum non per quem illa continuetur, sed à quo incipiat considerandum sit. Nam si quoties femina interueniat, linea rumpitur, non eadem profectò linea, sed plures, ac diuersæ sunt. Contra vero si Isabella initium dat lineæ suæ, ea sanè feminina est, atque adeo Philippus in linea est feminina: nec enim masculinam è feminina reddere potest. Quod autem assumpsi & ratiuncula quadam firmaui, non rumpi interuentu feminæ lineam masculinam à masculo incboaram, constat Iurisconsultorum testimonijs. Gloss. in l. Gallus. §.Dum de lege, verb. Nam etsi ff. de lib. & posth. & ibi Bald. & Alexand. n. 3. Iason. n. 25. Socin. sen. conf. 227. n. 5. lib. 2. & conf. 51. n. 6. lib. 4. Peregr. conf. 50. n. 1. lib. 1. cuius rei insigne præiudicium factum est à Decis. Patau. 4. n. 2. nulla prorsus admissa differentia inter masculos & feminas eiusdem lineæ masculinæ, & si vocentur descendentes *lineæ masculinæ*, & *per lineam masculinam*, quo termino etiam feminas intelligi voluit. Assentiuntur Grammat. decis. 63. n. 2. Mant. de coniect. lib. 8. titulo 11. n. 8. & 9. Fusar. de substit. fid. commis. q. 446. n. 19. & seqq. Martha. in sum. success. legal. p. 4. q. 21. a 16. n. 13.& seqq. Camill. Gall. de verb. signif. c. 26. n. 4. lib. 8. Menoch. conf. 205. n. 39. lib. 3. Auend. in l. 40. Fau. glos. 9. Surdus decis. 84. n. 6. & Pinel. l. 3. C. de bonis mat. n. 33. Æquissimum autem esse vt filia contineatur in linea patris masculina quando filij desunt, id optimè probat Alex. in l. sed si hac §. liberos n. 5. ff. de in ius vocando cit. Menoch. conf. 205. n. 12. lib. 3.

Quæ si quis rectè expendat, inueniet nullũ prorsus ius habuisse Philippũ ad regnum obtinendũ: si cum Catharina conferatur, cũ nulla ratione admitti posset, illa nullâ posset excludi. Quemadmodũ Illatione 4. euidenter demonstratum. Ac idcirco ille, vti prudens erat, cùm nemo aliorum iudicium subire recusaret, solus subter fugit; specie quidem maiestatis & iuris obiecta, verè tamen timoris, ac diffidentiæ causa. Nec enim illum latere poterat, se quòd feminę filius erat, nullo iure admitti, quòd antẽ externus, & quod caput est, Castellanus esset, excludi. Catharinam vero, quòd viri filia erat, quòd naturalis regni, quòd nupta Principi Lusitano, ac è Regia domo & sanguine exclusum non iri. Cuius rei maximum argumentum est, quòd cum ad illam primùm oratorem Henrico mortuo misit, in mandatis dedit, vt si Regina creata Catharina esset, vti Reginæ honorem haberet, eamque suo nomine Reginam salutaret; sin secus esset cum ea priuatim ageret, & verbis deterreret, ac sui iuris, & potentiæ moneret, imo & duo quos è Castella misit Patronos Iurisconsultissimos Rodericũ Vazquez de Arce, & Ludouicum Molinam, ij non ad causam dicendam,

sed priuatim monendos iudices de Regis mandatu venerunt. Quod autem recusaret iudicium Philippus causatus supremum Dominum se esse, nec alium superiorem se iudicem cognoscere, quod objicit & approbat Caramuel lib. 5. d. 3 q. 2 a. 4. ineptum sanè est & absurdum; tùm quòd in ea causa Philippus prætenderetur, non Dominus, tùm quòd Legato Pōtificis eū hac de re serio eiusdem Pōtificis nomine monenti in causa dubia obedire debuit: tùm quod debuisset saltem arbitros eligere, & consensum populi expectare: qui et si ius conferre non poterat, poterat tamen declarare. Præterea sequi debuerat multorum Regum exempla, qui in eiusmodi litibus aliorum iudicio steterunt: vt legimus de Carolo, & Roberto Regibus Vngariæ & Siciliæ qui inter se contendentes de Siculi regni possessione causam ad Bonifacium VIII. Pontificem detulerunt, vt habetur Clement. Pastoralis de re iudicata. Præterea Rex Fernandus Castellæ, & Violanta Regis Ioannis Aragoniæ filia, de eiusdem Regni successione orta controuersia, paucorum iudicio coactis ad id ipsum Comitijs steterunt. Vt constat ex Chronico Regis Ioannis II. Castellæ cap. 163. & Garib. l. 32. cap. 17. Quin etiam Rex Eduardus Angliæ, & Ioanna filia Regis Ludouici Vtini, qui inter se de obtinendo Regno Nauarræ contendebant, rem ad populi suffragia rejecerunt, vt refert Garib. l. 26. cap. 16. Ac nè plura: celebris illa inter Regem Fernandum Castellæ, & Alphonsum de la Cerda lis orta, Dionysij Portugalliæ Regis, & Iaymij Aragoniæ arbitrio sublata est, vti narratur in Chron. horum Regum. Constat certè stimulante conscientia motum Philippum, cum iam Regnum occupasset, cum Petro Barbosa Lusitano Iurisconsulto clarissimo sæpè ac multum egisse, vt sibi suffragium in hac causa ferret, & tutum suo iudicio rederet, quin eum tamen expugnare vnquam posset, ex quo apparet Philipum de iure suo saltem vehementer dubitasse, nec vnquam prorsus acquieuisse.

Præter hoc ius Catharinæ, alio item proprio à Ducibus Brigantiæ antè Catharinam deriuato, potuit Rex noster Ioannes IV. Regnum Portugaliæ obtinere. Compertum est enim Emanuelem Regem, cum Toletū ijt à Regibus Catholicis vocatus cum vxore Isabella & Michaële filio nepote eorumdem, vt Rex Lusitaniæ & Castellæ iuraretur, vti factum est: statuisse prius in Lusitania de successore sibi designando, cui si forte in Castella cum filio decederet, Regnum hæreditate veniret. Cúmque Maximilianus Cæsar filius Leonoræ amitæ eiusdem Emanuelis sororis Patris sui Fernādi, & Iaymius Dux Brigantiæ filius Isabellę sororis suæ se offerrent, præpositus est Iaymius, & ab Emanuele Rex destinatus, Maximiliano excluso. Vnde constat etiam citrà ius Catharinę, Ioanni IV. eius nepoti summū ac proprium ius fuisse. At ne quis in dubium vocet exemplum, arbores ipsæ Genealogicæ & Regum Lusitaniæ, & Ducum Brigantiæ illud omnium oculis adscriptum exponunt. Quinimo si quo Pellicerius, & Caramuel modo argumentantur, in re tam graui argumentari liceat, qui quot cōnubia Lusitanarū Infantum cū Castellanis Regibus, tot titulos iuris ad regnandum in Lusitania esse putant sanè Rex noster Ioannes, quòd sæpè id in Brigantina domo contigerit multiplicato item iure poterit regnum sibi vendicare. Eo certè maximè vincatur, quod Lusitanus & naturalis; non externus & alienus Princeps existat. Quo nomine præcipuè Philippus excluditur, qui naturalis haberi non potest: nam quod ait Caramuel, lib. 5. disp. 8. quæst. 4. art. 1. non esse externum, quòd Isabellæ infantis Lusitanæ

filius esset, futile planè, & ineptum est: nam præter ea quę supra addnxerunt Iurisconsulti Lusitani Illat. 4. p. 4. & huius regni Comitia Lamecensia, non dicitur naturalis, is qui linea feminina sanguinem vehit, sed qui paterna linea sanguioem ducit. Quod iuri humano consonum est, vt patet ex Illat. 4. & à iure diuino originem trahit. Nam in Sacra Scriptura ratio non habetur Genealogiarum lineæ femininæ, neque per eam quisquam in certa tribu reponebatur, vt constat ex multis locis sacrarum literarum, ac præcipuè ex Diuo Paulo in Epist. ad Hebræos c. 7. n. 13. vbi ait Christum Dominum, quòd de tribu Iuda fuerit, Sacerdotem legis veteris esse non potuisse, cùm constet aliquam partem sanguinis Sacerdotalis habuisse, quòd mater eius materna linea cognata esset Elisabeth, vt inquit Lucas cap. 1 & authores sunt Patres. Augu. lib. 1. de conf. Euangelist. c. 2. & l. 83. quæst. q. 61. Ambros. l. 3. in Luc. & alij de quibus sacri interpretes.

A Regibus Castellæ contrà Serenissimum Regem Ioannem IV. præscritum non fuisse.

COROLLARIVM VI.

Hoc vnum possent Castellani Authores opponere, quod speciē quidem exceptionis haberet, nisi hãc ij prorsus ipsi sustulissent. Itaq; effecerūt, vt nulla nobis ratione obijci ab ijs possit, quod obiectū sibi à nobis, aut non curarunt, aut refutarūt. Ecce Caramuel, eoq; infelicior adhuc Pelicerius in libello quē edidit infami, vernacula lingua scripto, cū absurdū & insolens quiddā probare moliantur: nimirū Reges omnes Lusitaniæ Tyrannos fuisse (quod horrent aures piorū) negāt eos præscribere tā longo tēpore, aduersus Castellæ Reges potuisse. Quo sanè si qua ijs aut mens, aut frons esset deterreri debuissent ab eiusdē præscriptionis argumento: ne si eo vti contra nos vellent cum sannâ & sibilo exciperentur. Sed homines dialectices ignari, vim argumētationis retortæ non viderūt: & Andabatarū more pugnarunt: etsi ne Andabatarū quidem, pręter cecitatem, quicquā habeant. Itaque non cū ijs, sed cum doctis, & cordatis hominibus pugno. Videri cnipiam fortasse poterit, atq; hoc ipsum obiiciet: quāquam Catharinæ ius esset, ab eo vsque dum tempore præscriptum à Regibus Castellæ fuisse: præsertim cùm tres Brigantiæ Dnces præstito ad id iuramento totidem Philippos Reges legitimos agnouissent.

Huic igitur argumento responderi oportet admodum diligenter, & seriò, ne quem illud fortasse cooturbet: & obiter Caramuelem doceri, qua ratione quæ è præscriptione petuntur, argumenta soluantur.

Primò soluitur opponendo malam fidem, quę tollit præscriptionem, quo nihil in Canonico iure certius est. Vnde Possessor malæ fidei nūquam præscribit, nec durante mala fide currit præscriptio, ita Dec. conf. 144. Couarr. c. Possessor. p. 2. § 9. Fulgos. conf. 206. & conf. 234. & conf. 234. col. 2. Castr. conf. 116. in quæst. in pr. lib. 2. Gallus lib. 2. Obs. 18. n. 7. Capyc. dec. 4. n. 12. & dec. 86. n. 7. Cephal. conf. 415. n. 85. & conf. 161. n. 32. Leonin. conf. 50. n. 1. vers. Præter. Menoch. conf. 1096. n. 6. & conf. 1050. n. 3. Villal. in comm. opin. lit. P. Gabriel titulo de Præscript. lib 5. concl. 5. Virchon. verb. Præscriptio nulla. Fachin. contr. l. 1. c. 66. & lib. 8. c. 24. Itaque nemo est qui neget vi iuris Canonici vt obseruat Ful. conf. 106. in proposita quæst. & Cardinal. Tusch. Pract. concl. rom. 6.

som.

concl. 521. vbi multos citat. Atque adeò pluribus superscdeo. Id probo, quod necessarium est, nec admodum facilè probatu est. Malam fidem in Regibus Castellæ fuisse. Nam quæstiones de facto difficiliores sunt: in hac re, præsertim; Vbi, nisi mala fides probatur, bona præsumitur. Glo. & communis. Ibi, in c. si diligenti. & in c. vlt. de præscript. & in l. pen. C. de euict. Et latè resoluit Couar. in Reg. possessor. 2. part. §. 8. nu. 2. rem igitur sic probo. Philippus Prudens non potuit ignorare ius Catharinæ, vt sup. diximus, & constat ex mandatu ad ipsam dato, quod supra retulimus: Deinde resciuit Doctores multos pro Catharina stare. Præterea, iudicium recusauit, quod signum malæ conscientiæ est. Et Legatum Summi Pontificis qui eius nomine ipsum hortabatur, vt arma deponeret & sententiam expectaret prorsus repudiauit. Accedit quòd vim fecit, & armis se intrusit, & magnam partem nobilium muneribus, & Magistratibus oblatis corrupit. Tandem quia latere ipsum non potuit constare fama Lusitanos nolle se in Regem accipere, quia externus erat, velle Catharinam, quia naturalis erat. Quæ quidem inducunt malam fidem, vt apud Cardinal. Tusch. Concl. 522. inuenies. Et certè vt est axioma Iuristarum, *Omnis voluntas præcipitata*, cuiusmodi Philippi voluntas fuit, *dicitur Nouerca Iustitiæ*. Vt probat Cardinal. Tusch. tom. 5. pract. concl. 29. nu. 227. Est insuper aliud Argumentum validum ad malam Philippi fidem probandam. Compertum est omnem lapidem mouisse, vt clarissimus Iurisconsultus Petrus Barbosa pro se contra Catharinam ferret sententiam, nec tamen obtinuisse, passûmque fuisse repulsam à tanto Doctore, qui ei sæpè denunciauit, nullum ius ad occupandum Regnum Lusitaniæ habere. Ex alio item capite constat, Regem Philippum possessorem bona fidei non fuisse: quòd multis & magnis Argumentis sibi persuasit Regem Sebastianum mortuum non esse; vt patet ex Historiis illorum temporum, & præcipuè ex libello D. Ioannis de Castro, quam de Rege Sebastiano scripsit. Ex quo deducitur dubiam de morte possessoris fidem habuisse, ipsúmque administratorem potius Regni quam Regem fuisse. Hinc deducitur hoc vitium cum possessione ad posteros eius duos Philippos transiisse. Quorum & si minus mala fides esset, non tamen bona esse potuit. Nam saltem fama ad ipsos peruenit malæ fidei Philippi Prudentis; & Iuris Catharinæ, cum sæpè audierint ad ipsam Regni coronam pertinere, argum. text. in c. si virgo. 34. qu. 2. & in l. vlt. vers. omnes. C. vnde-ui, iuncta l. cum hæres. ff. de diuers. & temp. Quæ fama satis est ad inducendam malam fidem in eum ad quem peruenit. Iuxta text. in l. si fundum. C. de rei vendicat.

Neque opponas: à Ducibus Brigantiæ recognitos & salutatos præstito iuramento fidelitatis fuisse Philippos, nam facile respondetur duobus modis. Primò, metu id & vi fecisse, ex quo actus illi inualidi habendi sunt. Secundò, quia secretò prius & clam reclamatum est, tum à Catharina, tum à Theodosio filio vt ex instrumentis fide dignis apparet, & de Theodosio sigillatim affirmat Decretum Comitiorum, nuper in lucem editum Olysipone, post inauguratum Regem serenissimum Ioannem IV. Quàm verò longè abesset animus Ducum Brigantiæ à recognoscendis Regibus Castellæ patuit ex facto Theodosij Catharinæ filij, Regis nostri parentis, qui elatus est, & sepultus cum corona, qua se Regni hæredem esse declarauit. Vnde constat quàm sibi persuasum haberet non ad Reges Castellæ, sed ad se suosque posteros Regnum pertinere.

Secundò soluitur: negando etsi mala fides non esset, præscriptionem fuisse. Ratio negandi est, quia Regni Corona, & Regnum non cadunt sub præscriptionem. Vnde hoc titulo possideri non potest. Assumptum probatur multis argumentis. Ex quibus vnum eligo, quod Achilles sit. Vt hoc Caramueli item obiiciam, qui argumenta sua Achilles solet appellare, cum tamen Thersites sint. Quod si Achillem malis aliquod eius Argumentum dicere, erit profectò Achilles non dum vir, in Lycomedis domo, & antè Agyrtis tubam mollis. Noster is est, qui armatus, *Hectora, & Troiam trahat*. Illud cuius partes non possunt præscribi, præscribi totum non potest. Sed multæ partes Regni non possunt præscribi, ergo nec Regnum, potest. Maior propositio est nota per se. Minor appatet in potestate & iurisdictione, & in iis quæ appellantur Regalia, quæ sunt impræscriptibilia, vti docent communiter Iurisprudentes, instar omnium sit Azeuedus, tom. 4. const. Reg. l. 1. tit. 15. nu. 36. vbi hoc eruditissimè tum legibus, tum auctoribus probat. Consequentia rectè infert. Igitur Achilles constat, quem Caramueli opponam. Qui nullo Argumento ductus tamen affirmat Regnum & coronam Regni non præscribi. Ita lib. 3. qu. 3. at. 2. nu. 24. & lib. 5. d. 5. at. 4. nu. 24. Et citat Cassan. lib. 1. c. 3. pag. 145. qui item negat Regnum vnquam præscribi. Itaque Caramuel hoc Argumento præscriptionis contra nos vti non poterit, nisi fortè vt solet, sui immemor sit.

Tertiò. Soluitur adhuc admisso quod Regnum possit præscribi; quia vt Regnum præscribatur opus est præscriptione centum annorum, qui satis sunt ad præscriptionem immemorialem, iuxta Domin. & Anchar. & alios in c. 1. de præscript. in 6. & comm. sent. 2. secundùm Anton. Gab. lib. 5. comm. tit. de præscript. Conclus. 1. nu. 71. & Palaez 4. p. qu. 10. nu. 41. col. 2. Quòd autem 100. annorum præscriptio necessaria sit ad Regnum præscribendum, tradunt Alexand. Cons. 84. nu. 2. & Cons. 24. nu. 14. ad fin. Crauet. de antiq. temp. part. 4. cap. absolutis de differentiis. qu. 6. nu. 22. Decian. Cons. 124. nu. 44. l. 3 Osas. Decis. 69. nu. 13. Fachina. Controuers. Iur. lib. 8. c. 3. vers. quòd attinet. Nicol. Tulden. in Annot. ad Damhoud. c. 137. lit. H. Compertum autem est sexaginta tantum annos ad summum effluxisse, ex quo Philippus Lusitaniam occupauit, cum anno 1581. in Regnum se intruserit; etsi annò ante expeditionem inchoauerit. Itaque præscriptionem immemorialem centum annorum non habuerunt Reges Castellæ, atque adeò non præscripserunt.

Tertiò soluitur: Quia etsi breuior quam centum annorum præscriptio, & consequenter sexagenaria satis ad præscribendum Regnum esset, non inde sequitur contra Catharinam & posteros præscribi potuisse. Nam vt est receptum in iure, *contra non valentes agere non currit præscriptio*. Argum. text. in l. cum notissimi. §. in iis. & §. illud. C. de præscript. 30. annor. & in l. 1. in fin. C. de Annali except. & c. ex transmissa. de præscript. & doctrina Pinel. in auth. Nisi. nu. 31. iuncta reg. l. 2. C. de his qui per met. iud. & c. vlt. de Appellat. & quæ tradit latè Cardin. Tusch. Conclus. 525. Atqui constat Catharinam, & Theodosium, & Regem nostrum Ioannem IV. dum priuatus fuit, contrà Philippos Castellæ Reges agere non valuisse. Igitur aduersus eos non currit præscriptio. Quod si adhuc demus currere aduersus non valentem agere; quoniam non admodum constare potest, agere non potuisse: non idcirco tollitur remedium restitutionis. Quæ datur ei contrà quem fit præscriptio. Ita Gem. Cons. 152. in princ. Anchar. Cons. fin. nu. 14. Quòd esse multo-

Digitized by Google

rum Doctorum ait Tusch. concl. 549. Quare etsi admitteremus cucurrisse præscriptionem, remedio restitutionis locus erat, quo Rex noster Ioannes IV. vsus Regni Coronam Iure postliminij repetiuit, quam iusto titulo possidet, & Deo dante, feliciter possidebit.

COROLLARIVM VII.

Tandem ex Christi Domini & sanctissimi Eremitæ, ad Alphonsum Henricium I. Regem Lusitaniæ de futuro Regni statu prædictione, & rerum euentu mirabili, ius & actus possidendi serenissimi Regis Ioannis IV. confirmatur.



NON temerè cœlestia ad faciendam humanis fidem adhibenda: hac Religione imbutus non auderem hanc quam proposui Prouinciam suscipere, nisi ipsa quam veneror Religio impulisset. Nam vt est hominis præcipitis, ac impudentis ex insperatis, & optatis miracula fingere, & insolitis rerum magnarum euentis fidem ex vaticiniis quærere: ita & cordati est hominis ac prudentis, vbi manifesta sunt diuinæ Potentiæ argumenta superstitionis metu miracula non agnoscere, & cum de prędictione satis constet eius ex euentu fidem non confirmare. Nam non minus irreligiosus est, qui rebus diuinis temerè, quod superstitiosum est addit, quam qui malignè, quod religiosum est detrahit. Eò hæc dico, quòd cum constet Christum Dominum Crucifixi specie Alphonso Henriquez I. se Lusitaniæ Regi obtulisse, eumque de futuro Regni statu quædam scitu dignissima docuisse, cui prędictioni euentus videantur respondere, æquum omninò sit de re huiusmodi diligenter inquirere, & si vaticiniis facta consentiant, impletam fuisse eorum fidem recipere. Ac ex eo ius nostri Regis serenissimi confirmare.

Et verò totius rei gestæ imaginem continet instrumentum ipsum ab Rege ipso Alphonso factum, de cuius fide dubitari non potest: cum Caramuel hostis imprimis Lusitani nominis, id recipiat probetque magnis conuictus argumentis. lib. 2. qu. 1. art. 6. & incidente quæstione ad eius fidem examinandam instituta. Quod instrumentum quamquam non extaret res in eo contentę multarum historiarum fide constant. Nam in antiquo Regis Alphonsi Henriquez Chronico, illa narrantur: Et quotquot de eodem Rege Lusitani Authores scripserunt. Eduardus Galuão, Eduardus Nonnius de Leon, Marizius, Vasconcellius, Bernardus de Britto, Resendius, Antonius Brandaõ: & alij quamplurimi. Quibus magnum auctoritatis pondus affert traditio perpetua, quæ ab auis ad nepotes transmissa ad nos vsque peruenit. Quod etiam confirmant grauissimi Auctores externi Bosius, & Gonzaga, qui eiusdē rei auctores sunt. Item Nauarrus, vir spectatæ doctrinæ ac fidei confirmat in Rep. c. nouit. not. 3. nu. 151. de Iudic. sanè nemini dubium est, quin Regnum Lusitanum auspiciis Christi Crucifixi, & institutum, & initum fuerit, consentiente Lusitano populo, & Regem Alphonsum Henriquez voce publica salutante: quod cùm ab ipso Christo esset prædictum, & mandatum, vt Regnum ne repudiaret

Digitized by Google

oblatum, vt est in historiis, quas citaui, necesse erat, vt non modò iustus esset titulus Regnandi, nam si secus esset non id Christus, solus iustus, suaderet, sed etiam Regnum ipsum Christo gratissimum foret, cuius & tuendi & conseruandi cura ad eundem spectaret, qui instituerat. Quare vt hoc obiter dicam, temerè Castellani quidam Scriptores negant Alphonsum, & posteros legitimos Lusitaniæ Reges fuisse, sed rebelles ac Tyrannos, quod alienum, id est, Castellanorum Imperium occupassent. Quod certè nullius est frontis dicere, cùm maxima pars illius Regni virtute & manu Henrici Comitis & Alphonsi eiusdem Henrici filij partum fuerit, & è Maurorum potestate ereptum. Quæ autem pars ab Alphonso VI. cum Therasia filia Henrico data est, ab eo dotis nomine accepta est: & iure dotis possessa, & propria effecta, atque adeò, ad eius filium, & nepotes ventura. Ecquis autem dubitet quæ iusto bello ab Infidelibus repetuntur, ea propria eorum esse, qui repetunt? Cum id sit notissimum regula. l. Natu[illegible]em. §. vlt. ff. de acquir. rerum dom. & l. si captiuis. verb. publicatur. ff. de capt. & iuxtà doctrinam D. Tho. lib. 3. de Regim. Princ. c. 11. & Theologorum & Iuristarum quos citat Couar. Reg. Peccatum. 2. & l. 20. tit. 28. part. 3. text. opt. in c. Abbate. de re iudic. in 9. Ibi, *ab infidelibus loca conquisierit.* Et ibi, *sua propria facta essent.* Iuncta Glos. ib. verbo, *ab infidelibus.* post Innocent. quem citat. & specialiter de Regno Portugalliæ, id affirmat Burgos. in Proœm. ad leg. Tau. nu. 32. & nu. 144. post Andr. Sicul. Cons. 11. lib. 1. Et Aluar. Valas. quos allegat. De altera autem parte Regni Lusitani, quæ in dotem data est Henrico, etiam pater esse propriam eius, & descendentium. Ex l. 3. §. sed vtrum. in fin. Ibi, *Dos proprium patrimonium est.* Probátque Pala. de Iust. & iure. dot. & iure. obt. & ret. Regni. & Nauar. p. 6. §. 10. vers. ab ipso igitur. Quæ volui in transcursu dicere, vt impudentiam duorum nullius numeri auctorum refutarem Caramuelij, & Pellicerij qui huiusmodi commentum excogitarunt. Nunc ad rem. Cum certissimum sit Alphonsum diuino beneficio Regnum accepisse, ipsumque & posteros Reges gloriam Crucis Christi, & ab hostibus in Europa strenuè defendisse, & in reliquis Orbis partibus inter barbaras gentes propagasse; ecquis dubitet Christum ipsum Crucifixum de futuro illius Regni statu, curam habuisse, de eoque Alphonsum Henriquez, & ore suo & Eremitæ sui docere voluisse? Itaque habita, vti par est, rei huiusmodi fide, videamus, qualis fuerit oblata Alphonso Regi species, & oraculum redditum. Id non aliunde melius, quàm ex ipso Regis testimonio, cuius Autographon Alcobariæ in Cœnobio Cisterciensi, anno Domini 1596. repertum est operâ Doctoris Patris Frat. Bernardi de Brito Historiographi Regij præstantissimi, & à Patre Frat. Laurentio de sancto Spiritu, eiusdem tunc Monasterij Abbate Philippo II. Madriti oblatum: cui magnam facit fidem Maris. Dial. 1. c. 5. & Vasconcell. & præcipuè Pater Fr. Antonius Brandaó Historiographus item diligentissimus: Atque adeò admittit Caramuel in quæst. incid. lib. 2. à quo illud integrum proponitur. Sic igitur.

EGO *Alphonsus Portugalliæ Rex filius illustris Comitis Henrici, nepos magni Regis Alfonsi coram vobis bonis viris Episcopo Bracharensi, & Episcopo Colimbriensi, & Theotonio reliquisque magnatibus officialibus vassalis regni mei in hac* Cruce *ærea, & in hoc*

in hoc libro sanctissimorum Euangeliorum iuro cum tactu manuum mearum, quod ego miser peccator, vidi hisce oculis indignis verum Dominum nostrum Iesum Christum in cruce extensum in hac forma. Ego eram cum mea oste in terris vltra Tagum, in agro Auriquio, vt pugnarem cum Ismaële, & aliis quatuor Regibus Maurorum, habentibus secum infinita millia, & gens mea timorata propter multitudinem, erat fatigata, & multum tristis, in tantum, vt multi dicerent esse temeritatem inire bellum, & ego tristis de eo quod audiebam cœpi mecum cogitare, quid agerem, & habebam vnum librum in meo papillione, quo erat scriptum testamentum antiquum, & testamentum Iesu Christi. Aperui illum, & legi victoriam Gedeonis, & dixi intra me. Tu scis, Domine Iesu Christe, quia pro tuo amore suscepi bellum istud contra tuos inimicos, & in manu tua est dare mihi, & meis fortitudinem, vt vincamus illos blasphemantes tuum nomen, & sic dicens dormiui suprà librum, & videbam virum senem ad me venientem, dicentémque. Aldefonse, confide, vinces enim, de bellabisque Reges istos infideles, conterésque potentiam illorum & Dominus noster, ostendet se tibi. Dum hæc video accedit Ioannes Ferdinandus de Sousa vassallus de meo cubiculo dixitque surge domini mi. Adest homo senex, vultque te alloqui. Ingrediatur, dixi, si fidelis est. Ingressus ad me, agnoui esse illum, quem in visione videram, qui dixit mihi, domine bono animo esto, vinces, & non vinceris. Dilectus es Domino, posuit enim super te, & super semen tuum post te oculos misericordiæ suæ, vsque in sextam decimam generationem, in qua attenuabitur proles, sed in ipsa attenuata ipse respiciet, & videbit, ipse me iubet indicare tibi, quod dum audieris sequenti nocte tintinnabulum Remisorij mei, in quo vixi sexaginta sex annis inter Infideles, seruatus fauore altissimi, egrediaris extra castra, solus sine arbitris, ostendere tibi pietatem suam multam. Parui, & reuerenter in terra positus, & nuncium, & mittentem veneratus sum, & dum in oratione positus, sonitum expectarem, secunda noctis vigilia tintinnabulum audiui, & ense, & scuto armatus, egressus sum extra castra, vidique subito à parte dextra, orientem versus, micantem radium, & paulatim splendor crescebat in maius, & dum oculos ad illam partẽ efficaciter pono, ecce in ipso radio clarior sole signũ Crucis aspicio, & Iesum Christum in eo crucifixum, & ex vna, & altera parte multitudinẽ iuuenum candidissimorum, quos sanctos Angelos fuisse credo. Quam visionem dum video, deposito ense, & scuto, relictisque vestibus, & calceamẽtis, pronus in terram me proijcio, lachrymisque abunde missis, cœpi rogare pro confortatione vassalorum meorum, dixique nihil turbatus. Quid tu ad me Domine? Credenti enim fidem vis augere? Melius est vt te videant infideles, & credant quam ego, qui à fonte baptismatis te Deum verum filium Virginis, & Patris æterni agnoui, & agnosco. Erat autem Crux miræ magnitudinis, & eleuata à terra quasi decem cubitos. Dominus suaui vocis sono, quem indignæ aures

Digitized by Google

mea perceperunt, dixit mihi. Non vt tuam fidem augerem hoc modo apparui tibi, sed vt corroborem cor tuum in hoc conflictu, & initia Regni tui supra firmam petram stabilirem. Confide Alfonse, non solum enim hoc certamē vinces, sed omnes alios in quibus contra inimicos Crucis pugnaueris, gentem tuam inuenies alacrem ad bellum, & fortem, petentem, vt sub Regis nomine in hac pugna ingrediaris, nec dubites, sed quidquid petierint, libere concede. Ego enim ædificator, & dissipator Imperiorum & Regnorum sum: volo enim in te, & in semine tuò imperium mihi stabilire, vt deferatur nomen meum in exteras gentes; & vt agnoscant successores tui datorem regnij insigne tuum ex pretio, quo ego humanū genus emi, & ex eo quo ego à Iudæis emptus sum compones, & erit mihi Regnum sanctificatum, fide purum, & pietate dilectum. Ego vt hac audiui, humi prostratus adoraui dicēs. Quibus meritis Domine tantā mihi annuntias pietatem, quidquid iubes faciam, & tu in mea prole, quam promittis oculos benignos pone, gentémque Portugallensem saluam custodi, & si contra eos aliquod paraueris malum, verte illum potius in me, & in successores meos, & populum quem tanquam vnicum filium diligo, absolue. Annuens Dominus inquit; Non recedet ab eis, neque à te vnquam misericordia mea, per illos enim paraui mihi messem multam, & elegi eos in messores meos in terris longinquis, hac dicens disparuit, & ego fiducia plenus, & dulcedine redij in castra, & quod taliter fuerit, iuro ego Aldefonsus Rex per sanctissima Iesu Christi Euangelia hisce manibus tacta. Idcirco præcipio successoribus meis in perpetuum futuris, vt scuta quinque in crucem partita, propter crucem & quinque vulnera Christi, in insigne ferant, & in vnoquoque triginta argenteos, & super serpentem Moysis, ob Christi figuram, & hoc sit memoriale nostrum in generatione nostra: & si quis aliud attentauerit, à Domino sit maledictus, & cum Iuda traditore in infernum maceratus. Facta carta Colimb. III. Kalend. Nouembris. Era M. C. LII.

Ego Aldefonsus Rex Portug. I. Colimb. Episcop. I. Bracharens. Metropol. T. Prior. Ferdinandus Petri Curia Signifer. Velascus Sancij. Alfonsus Menen. præf. Vlis. Gondisalnus de Sensa procur. Viseen. Suer. Martin. procurat. Colimb. Menendus Petri, pro Magistro Alberto Regis Cancellario.

DVO hic sunt Capitalia. Alterum nu. 6. alterum nu. 11. quę sibi hęrent, & futuro euentui respondent. Quę oportet intelligi. Neque à me primùm eiusmodi interpretandi Prouincia suscipitur. Nam id antè me multi sunt conati, & de Rege Sebastiano exponit Domnus Ioannes de Castro ad finem libelli proximè citati. Ergo in vtróque loco, Dei de Régno, déque Regibus cura & prouidentia declaratur. Illud iam constat nu. 11. Stabilitum Imperium Lusitanum annos sup. 500. Tot enim ab eo anno, quo Alphonsus Regnum iniit, ad hunc qui nunc agitur annum, effluxerunt. Vidimus delatum Lusitanorum opera Christi nomen ad exteras gentes, totâ iam Barbariâ Indicâ, Africanâ, Americanâ fidei luce radiata. Vidimus stemmata Regni in eandem rationem conformata. Illud superest scire vtrum, & quomodo caput nu. 6. intelligatur: *Posuis enim super te, & super semen tuum*

Digitized by Google

post te, oculos misericordiæ suæ, vsque in sextam decimam generationem, in qua attenuabitur proles. Sed in ipsâ attenuatâ ipse respiciet, & videbit. Vt res pateat Quatuor sunt examinanda. Primum quęnam illa sit misericordia? Secundũ de qua attenuatione sermo sit? Tertium quæ sit illa generatio, & vnde incipiat, vbi desinat? Quartum, quis sit iste Christi ad ipsam respectus?

Quod attinet ad primum. Misericordia de beneficio tuendi Regni, Regibúsq; Lusitani sanguinis conseruandis in possessione Coronę intelligenda est. Patet ex verbis Christi. nu. 11. De hac enim loquitur Christus. *Volo in te & in semine tuo Imperium mihi stabilire*: Et mox, *Agnoscant successores tui datorem Regni*. Et infrà. *Erit mihi Regnum sanctificatum*. Itaque de possessione Regni, ac Regibus sermo erat. Igitur quando dicit posuit super te, & super semen tuum post te oculos misericordiæ suæ: intelligit, te & posteros tuos Reges faciet. Nã si de alio misericordiæ genere loquebatur, & alios posteros quam Reges admittebat, æquè intelligetur vaticiniũ de omnibus aliis Principibus, qui ex Alphonsi sanguine manarunt; vti sunt Duces Brigantię, Parmæ, Sabaudiæ, & omnes fermè Europæ Principes qui ex Alphonsi stirpe aliqua ex parte prodierunt. Deinde. quia hęc misericordiã vna est, & vnius generis, ergo Regia, & circa Reges. Si enim de aliis Principibus intelligatur, v. g. Brigantiæ, iam ab Alphonso vsque ad Ioannẽ I. Regem erit misericordię genus vnum, cum omnes fuerint Reges, & ab Alphonso eius filio Brigantiæ domus auctore, ad Regem nostrum Ioannem IV. erit misericordię genus aliud, cũ de Ducibus sermo sit. Præterea si misericordiã de Regum serie nõ exponatur, sed de alia successione, quomodo hęc priuata potiores partes habebit, quàm illa Regia, & communis, de qua nulla fiet post Regem Ioannẽ I. commemoratio? Quare de Regum successione explicandum est illud beneficiũ & misericordia. Hinc iam apparet, quæ sit attenuatio. Est enim Coronæ ipsius & possessionis Regni defectus: In qua enim illa generatione deficiet, eã dicetur attenuata: Videamus ergo qua ratione generationũ ille numerus constet: vt vaticinio euentus respondeat. Et quidem ego sic supputo. Generationes sexdecim ab Alfonsi Sancio filio, quæ prima generatio est numerari debent. Nam Alphonsus ipse generationis est author, non generatio. Tum sic. Sexdecim Reges sunt à Sancio ad Catharinam. In qua defecit series & successio Regum. Ecce Alphõsi I. 1 generatio Sancius I. 2. Alphõsus II. 3. Sancius II. 4. Alphonsus III. 5. Dionysius. 6. Alphonsus IV. 7. Petrus. 8. Fernandus. 9. Ioannes. I. 10. Eduardus. 11. Alphonsus V. 12. Ioannes II. 13. Emmanuel. 14. Ioannes III. 15. Sebastianus. 16. Henricus Cardinalis. Hic stetit series Regum ex lineâ masculinâ Lusitani sanguinis. Cuius item erat Catharina ex Eduardo Patre, quæ attenuata est, quia possessione Regni caruit: quam Philippus vsurpauit ex fœmina insertus, attenuauítque & generationem & ius Catharinæ, cum externus esset. Atque hæc fuit attenuatio, quæ antea facta non fuerat. Cum ad Catharinam vsque series Lusitanorum Regum deducta continenti masculorum filo fuerit. Hæsit in ea, & attenuata est, tum quia ea prima femina fuit, ad quam regnum spectaret, tum quia illi primùm, cum ei deberetur ereptum est regnum. Et quidem aliàs aliæ quæcumque lineæ attenuatæ antea fuerant. Nam vt de Brigantina loquamur, cum ea ab Alphonso Henriquez inchoanda sit: in Alphonso I. Duce Brigantiæ attenuata est, quoniam è Regia familia ad Ducalem transiit. Vnde non primùm attenuata dici potest, vbi decimasexta generatio sit: cum iam anteà inueniatur attenuata: Imo ea ducum series aucta videtur, cum Ioannes Dux Brigantiæ vxorem duxit Cathari-

Eee ij

nam, cum nouum per eam ius ad Coronam, & proximum Brigantina domus habuerit. Neque obiicias Alphonsum esse numerandum, quod dicitur, *Ponet super te.* Atque adeò Henricum esse 17. Regem vnde de Catharinæ ex Eduardo generatione agi non potest. Etenim facilè est dicere, Alphonsum esse quidem Regem, sed non numerari in generationibus, cum sui Parens non esset; vnde illud *decima sexta*, cum generatione coniungitur, *ad decimam sextam generationem.* Quod & iam suprà dixeram, & nunc confirmo. Auctor generationis non includitur in generationibus. Ecce enim Dauid in secunda tessaradecade Progenitorum Christi ponitur; & tamen non facit generationem distinctam. Ait enim Mathæus, cap. 1. *Dauid autem Rex genuit Salomonem.* Vbi solus Salomon numeratur: Nam si Dauid numeretur, erunt non iam quatuordecim generationes, sed quindecim. Contrà id quod scribit Euangelista. Si quis tamen adhuc repugnet, & nos Argumento aliarum generationum vrgeat: facilè respondeam. Etsi numeretur Alphonsus, non idcircò vim fieri Prophetiæ cum 16. Generatio sit Sebastianus, & adhuc includatur in numero Regum sæcularium, & qui ad successionem habendam apti erant. Vnde post eam generationem iam Henrici successio erat attenuata, cum ille & transuersalis esset, & subrogatus nepoti, & Sacerdos, & decrepitus: cuius imperium non tam Imperium, quam Regni iam labentis funus fuit. Vnde in eo attenuata fuit generatio Regia, & ipsa decimasexta: nam eiusdem Sebastiani patruus erat, & aui eius frater, neque nouam condebat generationem, sed retrogredientis generationis ad radicem pars erat: qua ratione dicei generatio decima sexta potest: quæ attenuata fuit. Vnde & Catharina in eadem generatione ponetur, quòd sit filia fatris Henrici, Eduardi Infantis. Atque ex huiusmodi ratiocinatione constat, quid sit illud: *respiciet, & videbit.* Et vero est quædam quasi recordatio, derelictæ generationis, à qua se quodammodo auerterat Dominus, cum se ad Castellanum conuertisset. Itaque ista de nouo conuersio, respectus quidam auersi, se iam conuertentis fuit. Vnde nostra interpretatio confirmatur; nam necesse est, vt qui respicit, retrò se ad illud, quod post se reliquerat, conuertat: quod de Catharinæ generatione intelligitur. Et sanè illa relicta est, annis sexaginta, & hac annorum periodo confecta; ad eius nepotem, qui eius suus est hæres, & ipsam alio iure repræsentationis refert, se Christus ipse conuertit; & conuertentis sese habitus ad eandem generationem respectus fuit. Quo verbo in sacris Literis misericordia significatur: vt hoc etiam cum *oculis misericordia* consentiat.

Nunc si quis attenta mentis acie quæ sunt tantò antè prædicta cum iis quæ modo sunt gesta, conferat, & vaticinij verba cum euentis rerum comparet, reperiet, nec illa temerè dicta, nec ista casu contigisse, sed quòd omnia inter se maximè consentiant, illa diuinitùs dictata, ista facta fuisse iudicabit. Regémque nostrum à Deo ante & prouisum, & promissum, & nunc donatum singulari beneficio intelligit, eique perpetuam felicitatem augurabit.

ITAQVE.

SALVE Ioannes Rex Sereniſſime, legitime iure, optime pietate, fortiſſime virtute, imperio maxime. Tu ius ablatum iniuriâ, iuſtè repetiſti; tu repetitum ſtrenuè aſſeruiſti; tu aſſertum conſtantiſſimè tueris. Te Patria parentem, Religio defenſorem, Pietas cultorem, Fides obſequentem, Iuſtitia aſſertorem, Virtus patronum agnoſcit. Te oppreſſorem tyrannidis, vindicem ſceleris, euerſorem impietatis, depulſorem ſeruitutis, vltorem iniuriæ, extirpatorem iniquitatis fatetur. Tu Regnum in præceps datum erexiſti, Rempublicam collapſam excitaſti, Religionem nutantem confirmaſti, Pietatem ruentem ſtatuiſti, æquitatem ſublatam reddidiſti, libertatem proditam aſſeruiſti, Iuſtitiam exulantem reuocaſti, amiſſam famam reſtituiſti, extinctam gloriam ſuſcitaſti: Tu rebus feſſis requiem, obſcuris lucem, afflictis ſpem, deformatis ſpeciem, laceris formam, deſperatis remedium attuliſti: Tibi Luſitania portus tutos, clauſa littora, aperta maria, liberam nauigationem, redintegrata commercia, reſtitutos commeatus, redditas opes, extinctam inuidiam, collectam gratiam, conflatam beneuolentiam, depulſam infamiam, ſplendorem additum gratulatur. In te Regum Auorum, Atauorumque imaginem impreſſam ſanguine, expreſſam virtutibus agnoſcimus: & poſtulamus à Deo Optimo Maximo, vt quæ in ſingulis dona extiterunt diuiſa, in te conferat, vt coniuncta repræſentes; ſi qua in quibuſdam vitia fuerunt, ea virtutibus tuis non immiſceantur. Vt in te Alphonſi I. Religioſam fortitudinem. Sancij I. ſtrenuam pietatem; Alphonſi II. frugalitatem citrà auaritiam. Sancij II. facilitatem ſine incuria. Alphonſi III. Conſtantiam ſine iniuria; Dionyſij liberalem magnificentiam. Alphonſi IV. robur indomitum. Petri Iuſtitiam citra crudelitatem. Fernandi ſplendorem ſine luxu. Ioannis I. feliciſſimam virtutem. Eduardi beneuolentiam extrà infortunia. Alphonſi V. bellicum vigorem, Ioannis II. excelſam indolem. Emmanuelis piam felicitatem. Ioannis III. togatam humanitatem. Sebaſtiani ma-

Digitized by Google

gnanimitatem ſine temeritate ; Henrici Religioſam æquitatem ; Cœlo auſpice , Fortuna comite, triumphatâ inuidiâ admiremur.

FINIS.

592788





Digitized by Google